



TRACTATUS DE JUSTITIA, ET JURE, ET INJURIIS, ET RESTITUTIONE.

PARS PRIMA. DE JUSTITIA, ET JURE. CAPUT PRIMUM

De Justitia.

Nota. Justitia sumitur, v. pro gratia sanctificante, quam qui habet, dicitur justus. 1. Pro complexione omnium virtutum, seu virtute generali. 2. Pro speciali virtute morali, ut hic.

Quest. I. Quid est justitia, prout est virtus specialis?

Resp. 1. Est virtus moralis perficiens & inclinans voluntatem ad constantem ac perpetuam tribuendum unicuique jus suum, id est quicquid ei debitum est ex jure. Nam jus hic sumitur non pro jure formali, quod est facultas legitima ad aliquid, sed pro jure objectivo, seu objecto illius facultatis, nempe pro debito ex jure, seu debito rigoroso. Duplex quippe est debitum, unum simplicis honestatis; & est illud cuius violatione contrahitur solum turpitudinis moralis: tale est debitum gratitudinis. Aliud est debitum ex jure, seu debito rigorosum, de quo solo hic agitur, & est illud, quod si non redditur, contrahitur non solum turpitudinis moralis, sed etiam obligatio resti-

tuendi, vel satisfaciendi, vel subeundi poenam, quae exigi possit ab eo cui illud debetur. Justitia autem versatur circa hoc debitum rigorosum. Unde ejus objectum materiale est redditio debiti rigorosi: formale vero est specialis honestas hujus redditionis, Justitia suum cuique tribuit, alienum vindicat. Ut illi tamen propriam negligit, ut communem aequitatem custodiat. S. Ambrosii. lib. 1. de offic. c. 24.

Quest. II. Quomodo dividitur Justitia?

Resp. Dividitur in legalem, commutativam, distributivam, & vindicativam.

Justitia legalis est virtus inclinans ad tribuendum Communitati, seu Reip. debitum, ut debitum Communitati propter bonum commune, sive ad praestanda ea omnia, quae communitati debita sunt in ordine ad bonum commune. Dicitur legalis, quia habet pro objecto id quod debetur communitati ratione Legum. Vocatur etiam generalis, quia versatur circa debitum ex jure communi seu generali, quod habet communitas sive ejus principes, ad actiones & bona privatorum in ordine ad bonum commune. Haec justitia est vera species justitiae proprie sumptae; nam versatur circa debitum rigorosum proprie dictum ut tale: communitas enim & ejus principes habet verum jus justitiae in subditos, ad exigenda ea quae necessarii sunt vel utilia ad bonum commune. Et vicissim est in subditis debitum & obligatio rigorosa praestandi ea quae communitas aut princeps pro suo ju-

re exigit in ordine ad bonum commune. Idque ex natura rei, nam stare non potest communitas sine tali jure in subditos.

Justitia commutativa est virtus inclinans ad reddendum ad aequalitatem debitum rigorosum particularibus vi domini aut proprietatis, vel pacti aut contractus, alteriusve tituli particularis. ratione cuius habent jus in re, vel jus ad rem: unde spectat jus fundatum in titulo particulari, & aequalitatem rei ad rem. Sic vocatur quia inter actiones, quas moderatur, valde frequentes & illatae sunt compensationes; nam versatur adhuc circa alias actiones, puta simplices tributiones, ut cum v. gr. datur quod promissum est liberaliter cum intentione dandi jus ad rem, promissione acceptata.

Justitia distributiva est virtus inclinans communitatem, seu ejus principem & ministros ad distribuenda civibus bona communia, officia, munera, proportione ad cuiusque merita & dignitates; onera vero communia proportione ad cuiusque facultatem & vires. Unde spectat non aequalitatem rei ad rem, sed proportionem rerum ad personas seu ad personarum merita, dignitatem, & facultates.

Justitia vindicativa est virtus inclinans superiorem ad rem pro merito puniendum. Non est omnino contradistincta a commutativa & legali, sed ad utramque pertinet sub diverso respectu. Nam vindicta debetur laeso & communitati ex officio a principe vel iudice, & sub hac ratione vindicta pertinet ad justitiam commutativam. Item debetur Reip. ratione Legum propter bonum commune; Reip. enim interest, & legibus statuitur ut puniantur crimina, & sub hoc respectu pertinet ad legalem.

Porro violatio cuiusvisque justitiae supradictae est peccatum ex genere suo morale, secundum doctrinam omnium, inquit Suarez. Nam quilibet est virtus magni momenti, & habet finem gravissimum, nempe civium pacem, concordiam, caritatem, securitatem, bonum commune &c. Unde ejus violatio in materia gravi, est gravis inordinatio.

CAPUT II.

De Jure.

Quest. I. Quid est Jus?

Resp. Jus formale, cui responderi debetum rigorosum, est potestas legitima ad aliquid, cuius violatio obligat ad restitutionem, vel satisfaciendum, vel poenam, quae possit exigi a laeso.

Dicitur, 1. *Legitima*, id est, Lege aliqua concessa, vel Legi conformis, vel iusto titulo nixa.

2. *Ad aliquid*, scilicet retinendum, obtinendum, agendum, omittendum, impediendum, vel ad utendum, aut fruemdam aliqua re, vel de ea disponendum.

Quest. II. Quomodo dividitur Jus?

Resp. Dividitur, 1. In Jus in re seu reale, quod est potestas legitima circa rem sibi obligatam & suam factam, ideoque dat actionem in rem ipsam, ita ut possit res illa vindicari ac repeti ubicunque fuerit; & in ius ad rem, quod est potestas legitima ad obtinendam, sibiue obligandam rem pondum sibi obligatam, seu factam ipsam, ideoque non parit actio-

nem in rem, sed in personam quae illam debet. Si ve jus in re est jus, quod quis habet in re, ut iam sua facta, & dat actionem realem. Jus ad rem est jus, quod quis habet ut res aliqua fiat sua, & parit actionem personalem. Actio autem hic est jus procedendi in iudicio id quod suum est, vel quod sibi debetur.

Dividitur. 2. In varias species.

Quest. III. Quenam sunt species juris realis?

Resp. Sunt dominium, usus, usufructus, servitus, emphyteusis, feudum, pignus & hypotheca, quibus accessit esse possessio. Hic aliqua, cetera alibi exponantur.

§. I.

De Dominio.

Quest. I. Quid est Dominium, & quotuplex?

Resp. Dominium in genere est jus gubernandi, vel disponendi de re aliqua, tanquam sua. Unde duplex est, jurisdictionis, & proprietatis. Dominium jurisdictionis est potestas gubernandi subditos in illorum commodum, praecipiendo scilicet, prohibendo, iudicando, puniendo &c. Duplex est, aliud politicum seu saeculare, quod est potestas gubernandi subditos in rebus temporalibus, qualis est in regibus & aliis principibus; aliud Ecclesiasticum, quod est potestas gubernandi subditos in ordine ad bonum spirituale, qualis est in Papa & Episcopis &c. Gubernandi actus sunt praecipere, vetare, punire, iudicare, punire, remunerare.

Dominium proprietatis, de quo solo hic agitur, est jus disponendi de re aliqua tanquam sua, seu suo nomine arbitrato, & auctoritate; nisi lex vel pactum obstat. Quod addo, quia usus usus potest lege vel pactone impediri; sic pupillus non potest bone sua alienare, licet sit eorum dominus, nec debitor pignus, quavis sit ejus dominus, ob conditionem cum creditore iustam.

Dividitur, 1. In altum, quod habet Resp. seu princeps disponendi de bonis & actionibus privatorum ad bonum commune; & in humile quod quisque privatus habet disponendi de suis bonis in proprium commodum. 2. In plenum seu perfectum, quod est jus disponendi de re & fructibus ejus tanquam suis; & non plenum, quod est jus disponendi vel de sola re, vel de solis emolumentis; unde subdividitur in directum, quo quis habet solam proprietatem rei sine jure percipiendi ejus fructus; & in utile, quod est jus disponendi de fructibus & emolumentis rei, non de ipsa re.

Quest. II. Quenam subjiciuntur dominio hominis?

Resp. 1. Res omnes externae & inferiores, usibus humanis subjectae; c. dunt sub dominium hominis jure naturae, ut agri, montes, flumina, plantae, bestiae, metalla, & alia similia. Ex Pl. 8. Omnia subjicuntur sub rebus ejus. Nam homo habet a natura potestatem disponendi de illis in suum commodum.

Resp. 2. Ex communi deorum sententia, homo non habet jure naturae dominium in alterum hominem. Quia omnes homines jure naturae sunt pares, cum sint ejusdem naturae, ac eodem parente & in eundem finem conditi. Potest tamen homo illud

habere jure gentium & civili, ut constat ex Scrip- tura.

Dominium autem in servos seu mancipia quatuor modis acquiritur. 1. Jure belli iusti. 2. Nativitate, ita ut qui nascitur ex servo, servus fiat. 3. Jure condemnatione, ut cum quis ob crimen servitute damnatur a Judice. 4. Emptione; homo enim, cum sit dominus seu libertatis, potest se ipsum vendere. Possunt etiam parentes ob gravissimum necessitatem vendere Prolem non emancipatam; quamvis enim proles sunt sub patris potestate, parentes habent jus de illis percipiendi omnia emolumenta, quae ipsi de se percipere possent, si essent sui juris. Jure tamen civili solus pater potest vendere prolem, & solum propter nimiam pauperatam, & victus causa. Immo in Gallia nec pater quidem id potest propter quamcumque necessitatem, nam Leges vetant & irritant ejusmodi venditiones.

Hinc non licet servis fugere, saltem si venditione vel nativitate facti sint servi, modo illis alimentaria necessaria tribuantur, nec vi impellantur ad peccandum, quam aliter vitare nequeant: nam fugiendo, se ipsos domino subtrahunt & furantur, contra jus quod habet in illos, ideoque ei injuriam inferunt. Servum fugitivum sui furtum facere, & ideo non habere locum nec usufructum, nec longi temporis praescriptionem, manifestum est, l. 1. Cod. de servis fugi. An autem iusto bello captis & in servitutem redactis ad infidelitatem licet fugere ad suos, controversum. Sed inter omnes constat non licere, si promiserit se nunquam fugituros; nam jure naturali fides data servari debet. Azor.

Resp. 3. Homo non habet dominium vite suae, sed solus Deus est dominus vite hominum. Ita omnes, ex Sep. 16. Tu es, Domine, qui vite & mortis habes potestatem. Quia homo non potest licite disponere de suo esse, illud destruyendo pro arbitrio; nam non potest esse dominus sui esse; quia dominus est quid relatum, ideoque ad aliud, & dicit superioritatem, quae requirit esse erga seipsum, quamvis quisque possit esse dominus suarum actionum. Item homo non est dominus suorum membrorum; quia non est dominus sui ipsius, ergo esse membrorum; nam homo est omnes partes simul, quae suum esse component & integrant.

Resp. 4. Ex communi sententia, neque Resp. seu principes habet dominium vite suorum subditorum, ex Script. cit. Nam Deus solus illud habet, cum solus sit creator hominum, qui cum solus dederit esse totum esse, ad eum solum pertinet illud esse pro arbitrio destruire, & occidere innocentes. Principes tamen habet convenientem usum vite subditorum in ordine ad bonum commune. Nam potest illam in bello exponere, quando id necessarium est ad bonum commune, & interficere homines sceleratos, ut eustos tranquillitatis & boni publici; sicut homo, ut eustos vite suae, potest refecare membrum putridum, & exponere partem pro salute totius.

Resp. 5. Ex communi sententia, homo est vero dominus suae famae & honoris. Nam homo famam pro industria, virtute, ac labore, sibi acquirit & auget; potest ejus restitutionem condonare; & in multis casibus potest se ipsum infamare ob justam causam, v. gr. ad sui humilitatem, ad eoeendam superbiam, ad restituendam famam alteri, ad Dei misericordiam commendandam. Non tamen li-

cet se ipsum infamare sine rationabili causa, nam esset contra rectam rationem, & illud Eccli. 41. Curam habe de bono nomine.

Quaest. III. Quenam requiruntur ad acquirendum dominium?

Resp. 1. Ad acquirendum dominium rei, quae nullius est, sufficit sola rei apprehensio facta animo illam faciendi suam: Quod enim nullius est, id ratione naturali occupari conceditur. Lib. 3. de acquir. rer. dom. Nisi aliter speciali aliqua Lege vel consuetudine statutum sit.

Resp. 2. Ad acquirendum dominium rei, quae habet dominum, jure natura sufficit motus consensus signo externo expressus; sed jure positivo duo ordinarie requiruntur, scilicet titulus, & traditio: ex l. 20. cod. de pact. Traditionibus dominia rerum, non nudis passis transferuntur, Junct. l. 31. §. de acquir. rer. dom. Nunquam nuda traditio transfert dominium: sed ita, si venditio, aut aliqua iusta causa precesserit, propter quam traditio sequeretur.

Titulus autem est fundamentum domini, ac radix, sive ratio & causa, propter quam dominium alicui competit, ut venditio; per eum tamen non habetur dominium aut jus in re: sed solum jus ad rem, nisi accedat traditio, quae est veluti conditio requisita a jure, ut rituli acquiratur dominium. Traditio vero duplex est: alia realis, quae res ipsa datur in manus; & alia facta sine civilis, quae fit per instrumentum, ut per traditionem clavium, aut similem aliam actionem Lege vel consuetudine institutam.

Dicitur ordinari, quia licet ad acquisitionem domini semper requiratur titulus, tamen ad eam lex non requirit traditionem in his casibus. 1. In hereditate, cujus dominium acquiritur sola acceptatione hereditatis, l. 23. §. de acquir. vel amitt. poss. 2. In legato, cujus dominium acquiritur, ubi primum haeres hereditatem adit, l. 66. §. de juri. 3. In beneficiis, in quibus jus in re per solum collationem & acceptationem acquiritur. 4. Ex titulo donationis, venditionis, aliove simili acquiritur dominium civitatis, Ecclesiae, aliique similibus piis locis ob speciale privilegium.

Quaest. IV. Quomodo acquiritur dominium animalium?

Resp. 1. Animalia ex sua natura mansueta & domestica, ut oves, equi, gallinae, anseres, hovos &c. quantumvis aberrent & fugiant, semper remanent prius domini, non sunt occupantis. Ita omnes, ex Infit. de rer. divisi. ubi dicitur furari, qui haec animalia detinet, cum effugiant. Nam haec etiam si fugerint, non assequuntur naturalem libertatem, cum naturali sua indole sint domestica; ac proinde remanent prius domini. Quare non licet ea capere vel detinere, nec eorum pelles, si extincta sint. Idem de animalibus ex natura sua feris vel sylvestribus, ut sunt cervi, lepores &c. quae ejus, a quo capta sunt, custodia seu loco concluso coeherent, vel quae sua manufacta habent consuetudinem redeundi ex libera vagatione in potestatem domini, ut columbae, cucullus, accipitres, cervi cicurati &c. Nam tamdiu carent naturali libertate. Animalia autem, quando carent libertate naturali, habent dominium, & sic non sunt occupantis. Praeterea tales feræ non minus possidentur a domine quam aliae do-

mesica. Hinc non licet capere pisces ex vivario alterius, nec cucullus aut columbas salcentes in agro occidere, quamvis possis abigere; nec eas illecebris aut fraude in tuum colubarium trahere: alioquin tenent restituere, cum habeant dominium, qui habet jus, ne ex eius dominio extrahantur, vel occidantur. Nec obstat quod cucullus & columbae damnus privatis afferant; nam cum sint Reipublicae, privati debent illi dari propter bonum publicum, & tale onus censetur a Rep. illis imponi hoc ipso quod ex privilegio vel consuetudine conceditur colubarium erigi, vel garenam institui.

Si vero ejusmodi animalia redeundi consuetudinem amittant, censetur recuperasse naturalem libertatem, & sic sunt primo occupantis. Nam nullius sunt, & jam in ordine ad priorem dominum perinde se habent ac si nunquam capta fuissent, ut avis quae ex cavea in liberam arcem evasit, vel piscis qui e tuo vivario in fluvium transit, ex Infit. de rer. divisi. Hinc tibi licet retinere columbas, quae sponte non attraxerunt se sociaverunt tuis columbis, & ad proprium colubarium redire desiderant. Examen vero apum quamvis avolet ex alveario tuo, tamdiu tuum manet, quamdiu in tuo conspectu versatur, nec difficilis est ejus persecutio, Infit. de rer. divisi. Quod si difficile sit illud ferre, & recuperare, potest a quovis capi.

Resp. 2. Animalia fera & sylvestria, si antea nullius fuerint, vel quae aliquando alicujus fuerint, sed jam naturalem libertatem recuperaverunt, sunt primo occupantis, Infit. de rer. divisi. & l. 3. §. de acquir. rer. dom. Quia, cum naturali libertate gaudent, nullius sunt; quae autem nullius sunt, sunt primo occupantis, nisi lex specialis vel consuetudo obstat. Ferre quamvis alienam pecus in agro suo quis deprehenderit, sic illud expellere debet, quando si suam deprehenderit, quoniam si quis ex ea re damnum cepit, habet proprias actiones. l. 39. §. ad L. Aquil. Sed cujus est fera lesa, vel laqueo capta?

Resp. Si feram laesisti, quantum latius est ad capiendam, & laesam insequeris cum certitudine morali eam capiendi, est tua. Tum enim censetur amississe naturalem libertatem per vulnus inflicium, & a te quasi capta: unde si alius eam cepit, tenetur tibi restituere. Item si fera laqueo tuo ita capta sit, ut non sit evasura, est tua: unde non potest ab alio capi, sicut nec piscis per tuum rete captus, nam est adempti libertatem, & per instrumentum tuum occupantis: postquam enim sicut manibus, ita & instrumentis rebus apprehendere, & in potestatem nostram redigere. Quod si fera erat facile evasura, est primo occupantis, quia nondum amittit libertatem, ex Infit. de rer. divisi.

Quaest. V. Cujus est Thesaurus?

Resp. Jure naturali & gentium totus est inventoris: nam quae nullius sunt, sunt jure naturali & gentium primo occupantis. Thesauros autem nullum habet dominum, nam denuit in jure: Vetus quaedam depositio pecuniae, cujus non exstat memoria, ut jam dominum non habeat. l. 32. §. de acquir. rer. dom. Ubi per pecuniam intelligitur quavis opes mobiles, ut vasa, gemmae, annuli, catenae aureae &c. Dicitur autem vetus depositio: nam si non

fit vetus, non censetur thesaurus, sed res inventa, quae domino, & in ejus defectum ejus haereditibus restitui debet: qui si cognoscit nequeant, impendi debet in usus suos; quia sunt bona incerta. Si quis aliquid vel lucri causa, vel metus, vel custodia, condiderit sub terra, non est thesaurus, cujus etiam statum fit, l. Numquam. §. de acquir. rer. dom.

Inter tamen civili communi obligante in conscientia, haec statuta sunt de thesauro. 1. Thesauros totus est illius, qui cum in proprio fundo reperit. Infit. de rer. dom. Si tamen ante magica ibi inventum sit, totus pertinet ad fiscum, saltem post sententiam iudicis. 2. Qui foruito thesaurum in fundo alieno reperit, est dominus dicitur, alterum vero ditiduum tenetur ante sententiam iudicis tradere domino specialis fundi, sive sit princeps, sive privatus, ex Infit. de rer. divisi. quae dispositio non est penalis, sed definitiva proprietatis rerum. 3. Thesauros de industria quatuor in fundo alieno sine consensu domini, totus est domini, l. unie. Codice de Thef. Varii tamen putant, inventorem non teneri ante sententiam iudicis tradere nisi ditiduum, ob haec veteria Legis est ea parte penalis: Totum locorum dominum reddere compellatur. 4. Si thesaurus inventus in platea, foro, vel via publica, iuxta multos dividi debet cum fisco: iuxta alios totus est inventoris.

Note. In his sicut alius spectanda sunt specialia locorum Leges vel consuetudines & servandae. Sic in Gallia thesaurus in alieno fundo reperitus, in tres partes aequaliter dividi debet, quarum una sit inventoris, altera domini fundi, tertia dynasta, seu alterius iustitiarum, vel regis, si solus in loco fit alius iustitiarum. Thesauro vero a domino fundi inventi media pars est inventoris, alia dynasta vel regis. Immo circa hoc variae sunt in variis provinciis consuetudines.

Sed quid, si in aliqua domo inventiatur pecunia occultata, cujus depositio non sit antiqua?

Resp. Ea non est invenientis, cum thesaurus non sit, utpote non vetus depositio: nec ulla Lex eam inventientis tribuit. Sed si homines ejusdem familiae in illa domo habitaverint continuo & diuturno tempore, haereditas illius restitui debet: nam prudenter praesumitur ab aliquo ex hac familia fuisse occultata. Si vero locatorem plurimi in eadem domo habitant, nec ulla haberi possit praesumptio, ad quam familiam inventa pecunia pertinet, tunc illa distribui debet pauperibus, vel applicari illis bonis operibus proximo utilibus; quia est bonum alienum inventum & incertum. Bona autem aliena inventa, quorum dominus vel ejus haeres cognoscit non potest, sic impendi debent, ut dictum est in tract. de justit. c. 31. q. 11.

Quaest. IV. Cujus sunt lapidinae, vineae metallicae, gemmae, lapilli &c.

Resp. 1. Lapidinae, carbonariae, cretae, arenariae, fodinae ferri, plumbi, quae sunt in fundo alicujus, pertinent ad dominum fundi. Nam vel sunt pars fundi, qui non consistit in sola superficie, sed in tota profunditate usque ad centrum terrae; vel sunt ejus fructus. Idem de venis metallicis, spectato jure naturali & gentium, quia

* Prima sententia faveri Jus Civil. Infit. l. 2. tom. 1. de rer. divisi. §. Thef. Antioe Theol. Moral. Tom. II. P. I. R.

quia sunt partus fundi, cum in eo nascantur seu
sormerunt, vel ejus partes. Jure tamen civili in
varis locis vnae aui & agerit in fundo privato
reperit, sunt partim Principis, partim inven-
toris. Possunt autem Principes, ob bonum commu-
ne, sibi jus effodiendi hac metalla vindicare, &
concedere privatis jus ea inquirendi ubilibet, etiam
in agris alienis, & eruta sico applicandi ad fudi-
renda onera Reip. compensato solo damno, quod
infertur loco.

Resp. 2. Gemmae, corallum, lapilli, & similia,
quae inveniantur in promontoriis, sunt occupantis.
Inbit. de rer. divif. sunt nullius sunt.

Quaest. VII. Quinam sunt alii speciales modi
acquirendi dominium?

Resp. Sunt alluvio, specificatio, accessio, con-
fusio, commixtio, inediticatio, pifcio, implanta-
tio, latio, nativitas, ex Inbit. de rer. divif. &
l. 7. §. de acquir. rer. dom. itaque.

1. Per alluvionem, id quod vi aquarum insen-
sibiliter uni fundo detrahatur, & alteri adjectur,
fit domini fundi, cuius fit adjectio. Dico, insen-
sibiliter: nam si nobis pars rei praedii statim
subiacta aquarum tempestate adjectur meo, ea
tibi remanet.

2. Per specificationem, cum res aliena ita mu-
tatur in aliam speciem, ut ad plinum statum re-
ducit nequeat, ut si ex alienis lanis vestem confici-
as, velis est tua; sed tenetis solvere pretium
lanae, & damna si qua sint, & ad hoc datur actio
laesi. At si res aliena in pristinum statum resti-
turi possit, ut vas argenteum in massam argenteam,
dominium vasa acquirunt ei, cuius est materia.

3. Per accessionem, cum quid ad ornatum alteri
rei addicitur: ut si quis alienam domum pinxerit,
pifura domo domo cedit, nec tenetur ad
inventas, nisi tale ornamentum postularit.

4. Per confusionem, & commixtionem. Si ma-
teriae ad duos dominos speciales, sive casu, sive
communi consensu confundantur vel permiscantur,
quod resultat, fit commune utrique pro rata ma-
teriae, si materiae ab invicem fecerint nequeant, ut
duo vina confusa, vel duo accervi tritici permix-
ti: si veto res separari possint, ut oves in grege
permixtae, debent separari.

Si autem alienam pecuniam, domino infcio vel
invito, tibi hoc ignoranti datam misceas tuae, vo-
lens totam habere tuam, nec jam discerni possit a
tua, acquiris ejus dominium. L. 78. §. de solut.
Tenentis tamen restituere rem aequalem, nam nemo
loqueptari potest ex re aliena cum damno ejus do-
mini. Reg. 48. de jur. in e.

5. Per in dedicationem, edificium in alieno fun-
do constructum cedit domino fundi, qui tenetur
materiam & operas solvere, si alter bona fide e-
dificaverit, secus si mala fide. Item si quis in fun-
do suo aedificat ex materia alienius, hic dominus
materie, fed tenetur alteri de damno. Quod si
Mayius in fundo Cui ex Titii materia aedificet,
aedificium cedit Cajo; sed Titius potest perere pre-
tium materiae, vel eam vindicare, si diruatur ae-
dificium.

6. Per pifionem. In tabula aliena pifior fit
dominus tabulae, sed tenetur priori domino tabu-
lae de damno.

7. Per implantationem, & fationem, nam ac-

tores, plantae in aliquo fundo a quolibet colloca-
tae, eo ipso quod radices egerunt, cedunt domino
fundi. Item est de feminibus in agro alieno fan-
tis; nam sicut aedificia solo cedunt, ita multo ma-
gis plantae & arbores, cum a terra sustententur,
alimentum, & incrementum trahant. Qui tamen
arborem alienam in suo fundo tranfplantavit, te-
netur de damno.

8. Per navitatem. Quod ex animali femine
sexus nascitur, pertinet ad dominum animalis,
l. 5. de rei vindic.

Quaest. VIII. Quinam sunt capaces domini?

Resp. 1. Omnis & sola substantia intellectualis
est capax domini: quia dominium est facultas de
re aliqua disponendi arbitratu suo, quae facultas
non potest esse sine intellectu & voluntate. Hinc
bruta dominium non habent in terra gramina, ne-
que qui ea prohibet, injuriam ipsis infert, sed eor-
um domino.

Resp. 2. Infantes sunt capaces juris & domini.
Constat tum ex communi iure omnium gentium,
cum ex illo ad Gal. 4. Quanto tempore haeres par-
vulus est, nihil differt a servo, cum fit dominus
omnium. Nam licet ad usum domini requiratur
usus rationis, tamen ad dominium habituale & in
actu primo, sufficit natura intellectualis, ac liber-
tas innata; & aliunde possunt infantes jus suum
exercere per eos, qui eorum curam agant, nempe
per parentes, tutores, temp.

Quaest. IX. An filiusfamilias habet dominium
bonorum, quae dicuntur foris?

Nota 1. Filiusfamilias dicitur is, qui adhuc est
sub patria potestate. Patria autem potestas est jus
Legis civili inductum, quod habet locus patris, vel
avus paternus in personis & bona liberorum legiti-
morum, vi cuius potest de illis discedere securum
quod Leges ei permittunt.

Nota 2. Bona filiorum familias sunt quadrupli-
cia, nempe castrensia, quasi castrensia, adventitia,
& profectitia.

Castrensia sunt ea, quae acquiruntur in militia,
vel occasione militiae, ut stipendia militaria, hos-
tium spolia, ducum vel commilitonum dona, vel
in obsequio principis in ejus aula exhibito: item
ea quae cuncti ad militiam, vel ad obsequium prin-
cipis dantur, & luera omnia quae ex talibus bonis,
intervenit alienus contractus proveniunt.

Quasi castrensia dicuntur ea, quae habent privi-
legium castrarium, & sunt ea quae filius acquirat
ex officio & munere publico, ut iudicis, advocati,
tabellionis, ac professione alicujus artis libera-
lis; & quod datur inuita talis functionis, ut si-
bi &c. ex liberalitate principis, ex officio clericali,
ex beneficio Ecclesiastico; item quae dantur fi-
lio familias, ut ipse tantum, non pater, usufructum
habeat. Denique id omne, quod acquiratur
post clericatum. Authent. Presbyteros. Cod. Epifc.

Adventitia sunt ea, quae neque castrensia sunt,
neque quasi castrensia, neque a patre aut ejus in-
vitu donata sunt, sed aliunde filio proveniunt,
patria successione in bona materna, amicum don-
atione, aut legato, inventione thesauri, propria
industria, labore &c.

Profectitia sunt ea, quae proveniunt a patre vi-
vo, vel patris gratia donata sunt, vel ex bonis
paternali acquisita, v. gr. negotiando.

Cum

Cum pater dat filio, v. g. mille florenos negoti-
andi gratia, observandum est an exprimat se illos
et tradere, ut ipse negotietur ob propriam, vel li-
lius usufructum; si negotium actum fit filii, aut pa-
tris nomine; si negotiationis tempore filius man-
eat in domo patris, an non &c. haec enim maxi-
me necessaria sunt ad solutionem hujus quaestio-
nis, quae ceteroquin invenitur in legum expofitionibus.

Resp. Filiusfamilias habet plenum dominium in
bona castrensia, & quasi castrensia, eorumque ad-
ministrationem liberam. Unde potest sine consensu
patris de illis arbitratu suo disponere per contrac-
tus, donationes, immo per testamentum, si com-
pleverit ann. 14. Bonorum autem adventitiorum ha-
bet proprietatem, sed pater usufructum, unde fi-
lius non potest de illis disponere. Profectiorum
vero filiusfamilias nec habet proprietatem, nec usum
fructum. Ratio horum est dispositio juris civilis.

Quaest. X. An servus sine mancipia habent do-
minium aliquarum rerum?

Resp. Non habent dominium lucri & fructum suum
operatum ac laboris, sed dominus, sed constat
ex jure, ut habent dominium etiam perfectum non
solum fame & honorum; spiritualium, sed etiam,
secundum multos, temporalium. 1. Quae dominus eis
concessit. 2. Quae servo dantur ad compensationem
injuriae illatae in bonis, quorum est dominus, ut in
fama. 3. Quae eis data sunt ea conditione, ut non
acquiritur domino. 4. Quae de bonis suis ludo aut
aliqua negotiatione sine domini detrimento lucratur.
Ratio est, quia jura non reddunt servum in-
capacem domini: nec consentaneum esse imbecilli-
tati humanae ut tale onus imponeretur invito; esset
enim magna occasio peccandi. Immo jura supponunt
in eo domini capacitatem; nam l. Vic. §. de jud.
servis datur actio contra dominos, si dicant se suis
nummis redemptos. Quare jura, quae dicunt servos,
quidquid acquirunt quavis causa vel occasione, do-
minis acquirere, intelligenda sunt regulariter, & de
servo sui laboris, aut saltem consuetudine jam in-
rogata sunt. Hinc servus a religioso sollemniter
professo differt, qui est profusus incapax domini.

§. I. I.

De Praescriptione.

Nota. Praescriptio sumpta pro usucapione, ut
nunc sumitur, est acquisitio domini per posses-
sionem bonae Fidei continuam tempore per Legem
definito: Nominis domini, jura, fessitures,
officia & beneficia etiam comprehenduntur.

Quaest. I. An per praescriptionem vere acquirat
in foro contentio domini rei aliene acquiritur
consensu, & culpa prioris domini?

Resp. Affirm. Est communis sententia. Quia Res-
p. vel princeps, vi domini alti in bona subditorum
habet potestatem disponendi de bonis privatorum ad
bonum commune, ideoque transferendae rerum domini
& jura absque consensu, & culpa prioris domini,
quando id possit bonum commune. At prin-
cipes haec potestatem usi sunt, & res ipsa voluerunt
reum dominia sola praescriptione sic transferri, id
postulante bono publico, ne scilicet dominia essent
incerta, liter multiplicarentur, ut pater ex multis
Legibus civilibus approbatus jure canonico, quae fuit

ulla limitatio & distinctio dicam: Bona publica
usucapione introductam esse, ne scilicet quantum-
dam rerum dicitur esse semper incerta dominia esse-
rent. l. 1. §. de uti cap. Ut aliquis litium finis esset,
l. ult. §. pro suo, & usucapione definitum. Adje-
ctionem domini per constitutionem possessionis tem-
poris. Leges definitae, l. 28. §. de uti cap. Item jus ca-
nonicum, quod praescriptio bonorum animae praestat,
probat indiffinitae praescriptionis bonae fidei, ut per-
ter ex toto titulo de praescript. itaque praescriptio
introducitur et principaliter, sed ad puniendam negli-
gentiam prioris domini, sed ob praedictos fines ad
bonum commune spectantes, & quietem civium &
familiarum; & ad excitandum diligentiam & cu-
ram postessorum circa bona sua, c. 2. de praescript.

Hinc licet retinere rem legitime praescriptam: et-
iam postea cognoscatur fuisse alienius, nisi tamen
prior dominus per iudices restitatur in integrum; quo
restitutio conceditur minoribus, qui habent jus
eam petendi toto quadriennio a die, quo majores
facti sunt. Idem jus Ecclesiae, & alius plis locis
conceditur per quadriennium a die quo Ecclesiae
novi praescriptionem bonorum fuorum, ex c. 1. de re-
stit. in integrum in 6. & iterum conceditur et-
iam majoribus ob iustas causas. Post sententiam
autem iudicis est obligatio in conscientia non praes-
criptae restituendis quia iusta est, nec nititur fal-
sa praesumptione, sed Legibus ita dispositis.

Obj. 1. Nemo potest iure acquirere dominium
rei aliene invito illius domino.

Resp. Praescriptioe acquiratur dominium, volente
& sic fane princeps habet altum domi-
nium in bona subditorum, vi cuius potest servata
proportione de illis disponere ad bonum commu-
ne, sine consensu privatorum, qui non habent nisi
dominium ipsi usufructuarium. Praeterea prior domi-
nus non est rationaliter iniurus, cum Lex praes-
criptionis ius iusta, & expedit bono communi,
quod semper anteponendum est privato.

Obj. 2. Injunctum est alicuique re sua privati ab-
que ulla culpa. Resp. Hoc iustum est, quando id
postulat commune bonum, cui jure merito cedere
debet privatum.

Obj. 3. Lex praescriptionis fundatur principaliter
in praesumptione negligentiae prioris domini. Ergo si
hic caruit negligentia, non privatur re sua in con-
scientia. Resp. Neg. aut. Nam praecipua Legis praes-
criptionis ratio est, ut tollatur incertitudo domi-
norum, & ut impediatur lites plurimas, quarum
aliqua finis non esset, ut pater ex Legibus supra-
dictis. Unde quavis Lex praescriptionis minus
principaliter, & partialiter intertuit praesumptione
negligentiae prioris domini: tamen per illam Legem
princeps vult, & potest transferre dominium
absolutes, & efficax propter alias rationes spe-
ciantes bonum commune, quod translationem do-
mini rei aliene potest, quavis nulla inter-
ferat negligentia prioris domini, in quo Lex praes-
criptionis differt a sententia iudicis fundata in falsa
praesumptione; nam Jure per suam sententiam non
intendit nec potest transferre dominium. Est tan-
tum vult, & potest declinare ad quem pertinet.

Inhabit. Ex c. 5. de praescript. Lex praescriptio-
nis instituta fuit initio propter vicissitudinem
rerum signissem: Ergo nunc etiam fundatur in praes-
criptione negligentiae. Resp. Neg. consueti Nares

Et alia

aliud est excitare diligentiam & curam circa bona alius, aliud negligenter. Ergo intendere excitar diligentiam & vitionem negligentia, non est hinc unica ac principalis pars Legis.

Obi. 4. Si post prescriptionem condet rem fuisse alienam, novus possessor non est amplius in bona fide: ergo tunc jam non potest licite rem illam retinere. Resp. 1. Neg. ant. Nam vere potest judicare rem jam esse suam ex justo prescriptionis titulo, quamvis antea fuerit aliena.

Quest. 2. Quanam conditiones requiruntur ad legitimam prescriptionem?

Resp. Quatuor, videlicet possessio, bona fides, titulus, & continuatio possessionis cum bona fide per tempus lege debitum.

1. Requiritur possessio, ex reg. 3. jur. in 6. *Sine possessione prescriptio non procedit*; & ex l. 15. §. de usufrucap. Sufficit autem possessio civilis. Hinc usufructuarius, condactor, feudatarius &c. non possunt rei proprietatem prescribere, cum rem non possideant suo nomine, sed solum nomine directi domini; item nec colonus, nec is qui ab eo agrum emisset, absente & ignorante domino: quia civilis possessio manet apud dominum absentem, quamdiu retinet aut non possidet, vel donec fiat rem suam ab alio occupatam, nec audeat eam repellere. Quamvis autem qui per alium possidet, v. gr. per colonum, possit prescribere, non tamen is qui alieno nomine possidet: quia qui alterius nomine possidet, non est vere possessor, sed alius per possidet.

2. Requiritur bona fides, ex reg. 1. jur. in 8. *Possessor male facti ullo tempore non prescribit*: alicuius furti & iniurie foveretur, itaque via aperiretur. Hec debet perseverare toto tempore ad prescribendum requisito, ut constat ex Conc. Later. Gener. IV. c. 41. relato in cap. ult. de prescript. ibi: *Quoniam omne quod non est ex fide, peccatum est, synodali iudicio definitum, ut nulla valeat absque bona fide prescriptio tam canonica quam civilis; cum sit generaliter omni constitutioni atque consuetudini derogandum, quae absque mortali peccato non potest observari. Unde oportet, ut qui prescribit in nulla temporis parte rei habeat conscientiam aliena.*

Bona autem fides hic est persuasio, qua quis prudenter judicat rem esse suam, & ea se licite retinere; nam (ut notat Lessius) si quis ex ignorantia crassa aut affectata, vel ex inordinata cupiditate existimat rem esse suam vel non esse alienam, non est bona fides. Duplex hic bona fides distinguitur. 1. Cum quis prudenter judicat rem esse suam, & hanc requirit ad inchoandam possessionem. Nam qui inchoat possessionem, dubitans sit ne res sua, an aliena, ex communi sententia non est bona fidei possessor, ideoque non procedit prescriptio, donec de proprio prudenter dubio possessionem inchoat: quia nulla est ratio cur ipse potius rem possideat quam alter, ac proinde eam sibi vindicandam, facit iniuriam alteri; nec ejus conditio est melior quam conditio alterius. 2. Cum quis post diligentem inquisitionem veritatis nescit, nec judicat probabiliter rem quam habet, esse alienam, ideoque judicat se posse ut suam retinere. Hec juxta multos sufficit ad continuandam possessionem, quia ut quis post inchoatam bona fide possessionem perseveret esse possessor bonae fidei, satis est quod post diligentem inquisitionem veritatis

non habeat rei alienae conscientiam, ex Conc. Later. cit. & ex S. August. in c. Si virgo 24. q. 1. *Tandem quisque bona fidei possessor vestissime dicitur, quamvis se possidere ignorat alienam. Cum vero scierit, nec ab alia possessione recesserit, tunc male fidei possessor peribitur.* Hinc iuste ipsius male fidei possessor vocabitur. At dubitans non res fit aliena, vel sua, non habet conscientiam rei alienae, & ignorat se possidere alienam. Deinde possessio bona fide inchoata est ratio sufficiens ad rem sibi retinendam, donec probetur esse alienam: quia in pari causa prior est conditio possidentis, reg. 65. jur. in 6. Possessor autem cum dubitare incipit, tenetur diligenter exquirere veritatem: qua diligenter investigata, si perseveret dubium, potest juxta multos determinare & prudenter judicare se posse rem ut suam retinere; eo quod in tali dubio melior est conditio possidentis. Sed sine tali dubio non potest rem illam retinere: nam si dubitans an res sit sua, simul dubitans an licet sibi eam retinere, non continuat possessionem bonae fidei, l. 23. de usufrucap.

Hinc 1. Leges civiles statuente prescriptionem triginta & quadraginta annorum procedere etiam cum mala fide, abrogatae sunt jure canonico, ut patet ex Conc. Later. cit. c. 6. §. de prescript. 2. Si creditor certo tempore non exigat a te debitum, licet postea ei denegaret actio in iudicio, non tamen prescribit contra illum: si non debetum; sed teneris solvere totum debitum: nam habes conscientiam debiti quod tua sponte teneris solvere, & sic cares bona fide ad prescribendum. Si quis tamen invincibiliter ignoret debitum, vel prudenter putet solvatur fuisse, potest illud prescribere in spatio triginta annorum cum illa bona fide. l. 3. Cod. de prescript. 30. vel 40. ann.

Nota. Ignorantia juris saltem clari etiam incusata, ex communi sententia impedit prescriptionem saltem ordinariam: ut si acciperis aliquid a pupillo sine tutoris auctoritate ignorans invincibiliter eam requiri, non prescribis. Secus de ignorantia facti invincibili; ut si ignores cum esse pupillum, currit prescriptio, ex l. 4. §. de juris, & facti ignor. ibi: *Juris ignorantiam in usucapione negatur prodesse, facti vero ignorantiam prodesse constat.* De ignorantia invincibili juris dubii controvertitur. Immo juxta multos invincibili ignorantia juris clari non obstat prescriptioni triginta vel quadraginta annorum; quia jura loquuntur de prescriptione ordinaria, quae tribus, veldecem, vel viginti annis expletur; cum illa sola, inquit Lessius, cognita sit jure digestorum; unde jura citata desumpta sunt.

Requiritur titulus coloratus, sive apparens, qui si licet probetur probabiliter verus, licet sit falsus, ut cum intervenit causa de se apta ad transferendum dominium, v. gr. donatio, venditio &c. sed ex latente aliqua causa sit invalida. Constat ex utroque jure. Ex c. Ufuscapio, Cod. de usufrucap. (supple apparens) exigatur. Nam sine titulo non potest esse bona fidei initio possessoris. Ad prescriptionem tamen longissimi temporis, nempe triginta vel quadraginta annorum, presumitur titulus precessisse, quia difficilis probatur qua ratione inchoata sit possessio tam longo tempore durans: nisi juris presumptio sit contra prescribentem.

Dixi, coloratus, nam titulus verus, seu validus sufficit sine prescriptione ad transferendum dominium secuta traditione. Quare cum in loc. cit. requiritur titulus verus, & in cap. cit. *Falsus* utraque haec voce intelligitur causa de se apta ad transferendum dominium, quamvis re ipsa fit invalida ob aliquem defectum occultum.

Requiritur possessio cum bona fide continuata per totum tempus lege definitum, quod tempus diversum est pro diversitate rerum prescribendarum. Nam ex communi sententia, res mobiles possessione triennali cum titulo prescribuntur, *Instit. de usufrucap.* Sed sine titulo requiruntur triginta anni; quia res immobiles contra privam prescribuntur triginta annis sine titulo: ergo item censori debet de nobilitas; cum nil aliud de hoc statutum sit absente titulo.

Ad prescribenda bona immobilia contra Ecclesiam Romanam requiruntur centum anni; contra aliam Ecclesiam, vel hospitale, vel monasterium, vel pias causas quadraginta anni, ex Authentica, *Quat adventus*, cap. de SS. Ecclesiis. Ad prescribenda vero immobilia privatorum, cum titulo requiruntur decem anni inter praesentes, & viginti inter absentes, *Instit. de usufrucap.* Sine titulo requiruntur triginta anni, et colligitur, ex l. 3. Cod. de prescript. triginta vel quadraginta annorum, & ex cap. 5. de prescript. ubi dicitur res prescribi possessione triginta annorum, nulla facta mentione tituli. Si autem dominus fuerit partim praesens, partim absens, tot anni sunt abiciendi, quot abiit, ex Authentica, *Quod si*, Cod. de prescript. long. temp. pro ut duo anni absentiae competentur tantum pro uno anno praesentiae. Unde si praesens fuerit octo annis, & postea in alieno territorio habitet, ut res immobilis prescribatur contra te, requiruntur adhuc quatuor anni. Res autem quilibet minoris non prescribitur nisi triginta annis.

Dixi, sine titulo, supple, qui probetur, nam tunc presumitur praecessisse. Quare ad prescribendum requiritur titulus coloratus, vel qui probetur, vel qui presumatur praecessisse.

Nota 1. Praesentes hic dicuntur ii, qui in eodem territorio, licet non in eadem civitate, habitant; absentes, qui in diversis territoriis. 2. In hac materia tempus breve dicitur, quod est minus decentum. Longum est spatium decem annorum inter praesentes, & viginti inter absentes. Longissimum triginta vel quadraginta annorum. Immemoriale vero, cujus initium non extra memoriam etiam apud seniores. 3. Bona mobilia sunt res corporales, quae loco moveri possunt, ut animalia, vestes, pecunia &c. Ad haec revocatur debita & actiones, quae ex rebus mobilibus competunt. Immobilia sunt quoque loco moveri non possunt, ut domus, fundus &c. Ad quae reduuntur res incorporatae, ut jura, servitutes, census, usufructus, beneficia; item debita & actiones, quae ex rebus immobilibus competunt, aliquo jure ad illa spectantibus.

Quest. II. An qui bona fide accepit aliquid ab auctore male facti, potest illud prescribere?

Resp. 1. Hic qui bona fide aliquid ab auctore male facti accepit, nunquam potest illud prescribere. Est communis sententia, ex *Instit. de usufrucap. l. 23. §. de divers. tempore prescript. ibi: Cum habes in jus omne defuncti succedis, ignorantia sua*

defuncti tibi non excludit. Quia haeres in jure creditur a persona cum defuncto, succedendoque ut in omnia jura, ita etiam in omnes obligationes reales & onera: unde cum defunctus ob injustitiam contraxerit obligationem rem mala fide possessam retinendi, haeres in hac obligatione succedit. Item *vetus possessorem a majoribus contra prescribentem, & successorem auctoris sui culpa constituitur*, lib. 11. Cod. de acquirenda & retinenda possessione.

Resp. 2. Qui rem bona fide ab auctore male facti accepit alio titulo quam hereditatis, puta donationis, emptiois, legatari etc. postea cum prescribere tempore ordinario. Est communis sententia, ex l. 5. §. de divers. tempore prescript. Excipiuntur duo casus. Primum, si res sit immobilis, & ille contra quem prescribitur ignoret eam ab alio possideri; tunc enim ad prescribendum requiruntur triginta anni, ex *Authentic. Mala fidei*, Cod. de prescript. longi tempore. Secundus, si res sit futuriva, vel vi possessa, nam non potest tunc prescribi in spatio decem vel viginti annorum, *Instit. de usufrucap.* Sed juxta multos potest spatium triginta annorum, ex leg. *Sicut*. Cod. de prescript. triginta vel quadraginta annorum.

Quest. IV. An res omnes prescribi possunt?

Resp. Multa prescribi non possunt, scilicet homo liber, res sacrae & religioae, ut calices, templa, cimetaria &c. jus decimarum prescribendarum a laico, res publicae usus destinatae, ut forum, pons, via publica &c. limites prociudicium, episcopatum, & parochiarum, si de illis constat: res populi, immunitas ab his, quae quis ut subditus debet principi, ut sunt tributa, obediencia &c. quamvis scilicet manet subdeditio; nam subditus potest prescribere immunitatem, per quam definit esse subditus, ad quod requiruntur quadraginta, vel quinquaginta anni cum titulo, & sine titulo tempus immemorabile. Nulla tamen potest prescribi exemplo a jurisdictione spirituali Summi Pontificis, qui Christus absolute voluit omnes christianos illi, ut in Vicario suo & Ecclesiae capiti vult illi semper subiectos esse in spiritualibus.

De usu, usufructu, & servitute.

Quest. I. Quid est usus?

Resp. Usus duplex est, nempe juris & facti. Utius juris, de quo solum agunt Jurisprae, est jus seu potestas legitima utendi tantum re aliena, salva ejus substantia. Utius facti, est actualis usus legitimus, vel etiam jus utendi re aliena, quae se nisi consumatur, sed revoceabilis ad mutuum concessum; tale est jus quod habet religiosus utendi veribus ac alimentis, & ceteris rebus sibi concessis.

Quest. II. Ad quid tenetur usufructarius?

Resp. Tenetur 1. rem, cujus habet usum, integram diligenter conservare proprietario; nam non habet jus utendi, nisi salva ejus substantia. 2. Non est licet percipere fructum distinctum ab ipsorum concessio, quia solus usus est concessus; immo nec potest usum sibi concedulum alteri donare, locare, vendere, quia solus usus est concessus; immo nec potest usum sibi concedulum alteri donare, locare, vendere, quia solus usus est concessus; immo nec potest usum sibi concedulum alteri donare, locare, vendere, quia solus usus est concessus; immo nec potest usum sibi concedulum alteri donare, locare, vendere, quia solus usus est concessus.

Quest. III. Quid est usus fructus?

Resp. Est jus utendi & fruendi re aliena, salva ejus substantia, l. 5. §. de usufr. Unde est jus non solius

fructum utendi realia, sed etiam omnem ejus fructum percipiendi. Porro usus est assumptio rei ad aliquid, ut equi ad equitandum; fructus vero est id quod provenit ex re, ut agnus, vel lana ex ove.

Hinc usufructarius potest omnem fructum rei & utilitatem percipere, v. gr. in fundo, quicquid in eo nascitur, ut ferum, leges, lapides, metalla, arena &c. que crescunt in fundo. Item proventus ventosorum, aucupiorum &c. fructus arborum: in animalibus vero factus, lanam, lac &c. In sylvis cedulis potest se gerere ut paterfamilias, cedendo quantum certam portionem; non potest tamen arbores grandiores nisi valde vetustas & fere inutilis, neque frugiferas cedere. Non fit autem dominus fructuum, nisi postquam eos percipit: potest etiam omnem utilitatem usufructus & usum juris vendere, locare, vel donare, manente apud ipsum usufructu, quem non potest alteri donare, aut vendere, sine consensu proprietarii.

Quaest. IV. Ad quid tenetur usufructuarius?

Resp. Est instit. de rer. div. & digest. de usufructu, tenetur 1. uti re, cujus habet usufructum, sicut bonus paterfamilias utitur re sua, quam sibi & posteris conservare cepit. Unde non potest arbores non cedulas cedere, agrum deteriozem etiam negligentia sua facere, teneturque de damnis sua culpa illatis proprietario. 2. Si habeat usum fructuum pecorum, tenetur in locum capium demortuorum, vel inestillium, alia capita e feru subfructuere, quae subsistuta cedant in dominium proprietarii. Similiter tenetur loco vitium, vel arborum demortuorum, alius ferere, non tamen loco delectatum vel temperatis. 3. Rem domino loco integram diligenter conservare. Unde tenetur prolixius conversatione sumptus moderatos facere: sic tenetur ad modicas refectiones domus, ut integra permaneat; non tamen ad magnos sumptus, quibus efficiatur melior. 4. Tenetur prestare sumptus ad fructuum perceptionem necessarios, & solvere tributa, quae pro re frugifera debentur.

Quaest. V. Quid est quotiens est servitus?

Resp. 1. Servitus activa sumpta est jus, quod quis habet in re aliena ut sibi serviat, id est, ut in ea aliquid fiat vel non fiat in suum commodum. Passiva sumpta, est subiectio seu obligatio rei alienae, ut aliquid in ea fiat vel non fiat in commodum alterius, salva rei substantia.

Resp. 2. Servitus generatim duplex est, realis, & personalis. Realis est ea, quae a re immediate debetur alteri rei, ut si ager tuus serviat meo, quatenus ager meus dat mihi jus transeundi per eum. Personalis est ea, quae res obligatur personae, vel contra. Servitus realis alia est urbana, quae debetur praedio urbano; alia rustica, quae rustico. Praedium autem urbanum dicitur omne aedificium habitandi causa constructum, sive in urbe, sive in villa, & hortus anicentiaris causa est annexus. Rusticum vero sunt ager, vinea, pratium, pecorum stabulum a domo sejunctum.

Servitutes urbanae sunt, ut lignum in tuum praetium admittitur, ut stillicidium in tuas ades vel aream tuam recipiatur, ut murus altius non attolatur, ut fenestra in muro non aperatur. Servitutes rusticae nominatae, sunt iter, actus, via, aqueductus. Iter est jus, quo pedes vel equus potest committere per fundum alienum, non tamen ducere

jumentum aut vehiculum. Actus est jus jumentorum & armenta ducendi per praedium alterius. Via continet in se iter & actum. Aqueductus est jus aquam ducendi per fundum alienum. Inimotante vero sunt jus aquam hauriendi, pecora adaquandi, pascenti, calcis coquenda, arena fossenda.

S. IV.

De Possessione.

I. Possessio alia est facti, quae est actus possessio, abstrahendo an iuste, an iniuste, & alia juris. Possessio facti, quae ordinarie intelligitur nomine possessionis, desinitur rei apprehensio, vel detentio, corporis, animi, & juris administratio. Dicitur, 1. Apprehensio vel detentio, quia vel primum fit, & tunc est apprehensio, quae est incipit possessio; & vel jam facta est, & tunc est detentio, quae est continuatio possessionis. 2. Rei, quae voce intelligo cum Lessio, non solum res corporales, sed etiam incorporatas, ut sunt census, beneficium, & similia, quae a Theologis dicuntur possideri, a jurisperitis vero quasi possideri. 3. Corporis administratio, quia ut res aliqua possideatur, debet apprehendi aliquo actu corporali, v. g. manibus, pedibus, oculis, vel simili modo, in se, vel in alio, in quo contineri censetur. 4. Animi, quia res debet apprehendi animo illam possidendi tanquam suam: si Juris, id est iure non resistente, sine impediente: nam ad possessionem requiritur, ut jus, seu Leges non impediant, ne detentio rei censetur possessio ejus. Hinc detentio rei facta facta a laico nequidem est possessio facti, iure id impediente. Contra facta acquiritur possessionem facti respectu rei servitae profane, quia jus non impedit, ne detentio talis rei sufficiat ad possessionem.

Possessio juris est jus inflandi rei tanquam suae, non prohibere possideri. Dicitur, 1. Jus, per quod differt a possessione facti, quae est ipsa occupatio vel detentio, ex qua jus oritur, si iusta est, quod si non fit iusta, non oritur ex ea jus in conscientia. 2. Inflandi rei, hoc est, rem pacifice detinendi, & juris remediis, interdum etiam armis tuendi adversus perturbantes. 3. Tanquam sua: nam si quis inflat rei nomine alterius, non est vera possessio. Hinc tutor non possidet bona pupilli, sed pupillus possidet per tutorem, quia tutor non retinet illa bona ut sua, sed nomine pupilli.

II. Possessio dividitur in naturalem, & civilem. Possessio naturalis est ea, quae res possessa corpore & animo retinetur ut sua, dum scilicet quis corporaliter inflat detentorem rei tanquam suae: quod facit qui rei in conspectu possit ita vicinus est, ut ei continuo adesse possit. Civilis est, quae res corpore & animo apprehensa retinetur folo animo; si possidet res suas is, qui abest, quamvis habet animam eas retinendi. Hic additur tertia species possessionis, quae civilissima dicitur & est ea, quae sola dispositione Legis acquiritur abique omni corporis & animi administratio, etiam ab inficis: sic haeres parvulus possidet hereditatem defuncti sine ullo apprehensionis actu & cognitione.

PARS II.

De injuriis, & necessaria restitutione in genere.

CAPUT PRIMUM.

De injuria seu iniuria in genere.

Quaest. I. Quid est injuria?

Resp. Est voluntaria violatio juris alieni. Sicut enim per actum justitiae jus suum alteri tribuitur; ita per actum iniustitiae hoc jus violatur. Porro injuria censetur gravis, ideoque mortalis, quando per se apta est parere tristitiam magnam, vel difficile fidabilem; aut aversionem animi difficile impedibilem, spectata communi hominum conditione ac dispositione naturali, communiter parit. Nam talis injuria graviter repugnat justitiae fini, qui est pax, tranquillitas, mutuum amor per conservationem aequalitatis & jurium.

Quaest. II. An sine violentia potest fieri injuria?

Resp. 1. Fit injuria consentienti ex dolo, vi, vel metu injuri incusso: quia talis non credit moraliter iuri suo, saltem sufficienter ad tollendam injuriam. Nam cessio juris tollens injuriam debet esse omnino voluntaria, & expers omnis iniusta coactionis ac deceptionis; injuria enim non potest parere illum jus injuriant, & nemo debet commodum ex sua iniquitate reportare. Hinc, qui ad vitam servandam dat pecuniam latroni, patitur injuriam, licet velit eam dare, quia in illam detorem non consentit, nisi per vim injuriam; idem dic de consentiente per ignorantiam, ut si quis solvat centum, putans se ea debere, patitur injuriam, si quinquaginta tantum debeat; nam non vult dare centum si non debeat.

Resp. 2. Fit etiam injuria consentienti, quoties consentit est moraliter nullus, ut patet. Sic fit injuria solventi usuras, vel pretium justo majus pro merce &c. quia consentus in ista est nullus, cum sit de impossibili. Nam dans vult ista dare, tantum tanquam pretium, non autem gratis: sed impossibile est illorum esse pretium; mutuum enim est essentialiter gratuitum, & pretium est essentialiter quid aequale meriti: ergo excessus pretii non est pretium.

Resp. 3. Quoad jura abdicabilia, consentienti omnino voluntarie non fit injuria, ex reg. Jur. 2. in 6. Scienti & consentienti non fit injuria. Quia eo ipso quod sponte consentit, credit efficaciter illis iuribus; adeoque actio non est contra jus, sed fecundum jus alteri concessum. Stoque nulla est violatio juris, nec proinde injuria.

Resp. 4. Quoad jura inabdicabilia consentienti fit vera injuria. Prob. 1. ex cap. 26. de sent. excomm. Innoc. III. ait, percussorem clericum, ad satisfactionem alicujus offensae juxta morem patrie, triginta circiter silium percussioibus corpus suum ultro subjicientis, esse injuriosum, licet non fit violenta, cum ille canon non tam in favorem clericis ordinatis, quam in favorem ordinis clericali fuerit promulgatus. 2. Quia jus inabdicabile est illud, cui efficaciter cedere non potest dominus, ergo cum tunc consentit fit inefficax tollendum jus, quod habet consentiens, ne fiat illa actio, re-

vera manet totum jus illud, ac profunda talis actio est vere injuriosa, utpote contra jus alterius permanens. 3. Innoc. XI. damnavit hanc propositionem: Copula cum conjugata consentiente marito non est adulterium; adeoque sufficit in confessione dicere se esse fornicatum. Quippe jus mariti est inabdicabile, cum ex natura matrimonii jus copulae fit essentialiter conjugibus affixum. Maritus tamen consentiens censetur condonare injuriam reparationem.

CAPUT II.

De natura & necessitate restitutionis.

Quaest. I. Quid est restitutio?

Resp. Est rei alienae redditio, vel damni illati compensatio, debita ex iustitia ad aequalitatem; vel etiam rei alteri debita solutio. Nam de ea sic semper hic agitur. Unde est actus justitiae commutativa, quae versatur circa aequalitatem rei ad rem, ex S. Th. 2. 2. q. 66. art. 1. Differt a satisfactione sive lae, sive strictae sumpta, Nam satisfactio lae sumpta est quid generalius, & completitur cum restitutionem, tam etiam quamlibet reparationem, & subitionem penae pro offensae alteri illata: satisfactio vero sumpta stricte est imhonoratiores ac contumelia illatae reparatio, & sic spectat personam. Ad restitutio est rei alienae redditio, damni compensatio, vel debiti solutio, & spectat res, non personas: nec semper supponit injuriam, ut satisfactio, nam v. gr. qui depositum reddit, vero restituit, licet nullam injuriam intulerit. Quae tamen de restitutione dicuntur, applicari debent satisfactio lae sumptae, & reparatio famae, honoris, & aliorum bonorum, cum fit eadem ratio ac regula pro his omnibus.

Quaest. II. An restitutio actualis necessaria est ad salutem necessitate praecogit?

Resp. Affirm. Nisi impotentia excuset, vel adit iusta causa differendi. Constat 1. ex Rom. 13. Reddito omnibus debita... Neminus quidem debeat, nisi ut invicem diligant. Et Ezech. 33. Si fecerit iudicium & iustitiam, & pignus restituerit ille impii, rapinamque reddiderit, in mandatis vicia ambulaverit, nec fecerit quicquam injuriam, ergo vivet, & non morietur &c. Et Jacob. 5. Ecce merces operariorum, quae fraudata est a vobis, clamat, & clamor eorum in aures Domini Sabaoth introitit. 2. Ex reg. 5. tur. in 6. Peccatum non dimittitur, nisi restitatur ablatum. Idem habet S. August. epist. 54. & refertur in c. Si res, 24. qu. 6. ibi: Si res aliena, propter quam peccatum est, cum reddi possit, non redditur, non agitur penitentia, sed fingitur. Si autem erratiter agitur, non remittitur peccatum, nisi restitatur ablatum, sed ne dicit, cum restitui potest.

3. Quia qui non restituit cum potest, nec habet rationabilem causam differendi, voluntarie nocet, & facit injuriam proximis: nam cum privat possessionem, & usum rei sine, vel debita, & violat jus, quod habet, ut rem illam nunc possidet, & injuria quilibet prohibita est Legē divinae naturae; praesertim hac generalis: Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris. Sicut cuique reddendum. Quod procedit, five sit debita ob injuriam, five ex contractu justo, cum fit utrobique eadem ratio, & cri-

et creator habet jus strictum possidendi rem sibi ex contractu debitam.

Hoc autem preceptum divinum naturale est primario negativum, & secundario affirmativum. Nam primario vetat ne recusetur alienum, vel alteri cedatur, invito rationabiliter domino, & ideo precipit actum restitutionis. Preceptum de restitutione facienda, quatenus secundum formam sit affirmativum, implicat tantum in se negativum preceptum, quod prohibetur rem alterius detinere, ait S. Thom. q. 62. art. 8. ad 2. Quare obligat semper: nam semper illicitum est retinere rem alienam, domino rationabiliter invito.

Preterea omnino restitutionis est virtualiter acceptio rei aliene continuata, invito domino, ideo que forum continuatur contra preceptum negativum, Non furium facies. Uid. Conc. Gen. Later. IV. c. 39. ait, non multum interesse, praesertim quoad periculum anime, retinere iniuste, ac invadere alienum. Et a Conc. Trid. sess. 45. c. 12. Qui decimas non solvunt, res alienas invadere dicuntur.

Hinc mortaliter peccat, qui notabili tempore omnino restitutionem, vel solutionem integram, quam potest facere, vel etiam brevi tempore omittit, si inde credidit damnum grave patitur. Quia tunc graviter laedit jus alterius, nec excusatur eo quod improberit hereditas suis obligationem restituendi, cum hanc ipse nunc habet, & implere teneatur.

Adde quod sepe heredes non restitunt, ideoque periculum fit ne omittatur restitutio. Qui autem non potest restituere, debet habere voluntatem saltem implicitam restituendi, cum primum facultas restituendi adierit; & moralem diligentiam adhibere ad hanc facultatem comparandam: qui enim teneatur ad finem, simul teneatur ad media ad eum necessaria. Qui vero non potest totum restituere, teneatur statim restituere ac solvere partem, quam potest, cum circa illam non habet justam excusationem.

Quaest. III. Quando nam peccatum iniuste detentiois continuatur, & multiplicatur?

Resp. 1. Qui non restituit, vel debita non solvit cum potest & debet, actu peccat toto tempore quo id omittit. Quia omnino restitutionis vel solutionis debite, toto contempore, quo fieri potest, est iniuriola proximo: nam per illam continue laeditur jus quod habet possidendi rem suam, vel sibi debitam, & ea utendi; & talis omnino est sufficienter voluntaria, cum omnino possit & debeat restituere, & ad hanc obligationem advertere. Tunc enim si non restituit, habet voluntatem continuam saltem interpretativam detinendi rem alienam vel alteri debitam: quae voluntas permanet moraliter, quamdiu non retrahatur, vel interruptitur; sicut quilibet iniuste convictus in carcerem & ibi relinquitur, continue peccat, quia continue laedit jus proximi.

Igitur qui non restituit cum potest, peccat actu singulari momento, non quidem singulari novam peccatum addendo, sed prius actu continuando. Quod quo plus durat, eo fit gravior ratione majoris libertatis durationis, vel etiam majoris nocementi, quod inde domino eredit, nisi tale peccatum detentionis interruptur, & multiplicatur.

Resp. 2. Iniquus detentor rei alienae vel alteri debite, novum peccatum admittit, & sic multiplicat numerum peccata injuste detentionis. 1. Quoties habet voluntatem expressam non restituendi; nam qui

libet eiusmodi actus est peccatum: & nihil est exterius, in quo illi actus uniantur & continuantur, ad faciendum unum moraliter actum. 2. Quoties interruptum illud peccatum actuale detentionis, & postea advertit, vel advertere potest ac debet ad obligationem restituendi, & tamen non restituit, cum potest: quia toties omnino restitutionis est ei saltem interpretative voluntaria, & nova culpa. Interruptur autem moraliter per contritionem, vel propositum restituendi, per impotentiam restituendi, per somnum, vel longam distractionem, aut occupationem circa alias res, nam tunc voluntas non restituendi non durat virtualiter eadem numero.

Ex dictis sequitur iniquum detentorem teneri explicare in confessione, 1. Totum tempus, quo sua culpa non restituit, vel non solvit, ut intelligatur gravitas peccati & quantum ferri potest multitudo actuum interiorum, vel continuatio aequivalens multis actibus internis. 2. Numerum volitionum non restituendi, vel quoties admittit novum peccatum detentionis; nam tot sunt peccata numero distincta. 3. Quoties interim occasione restituendi habuerit & neglexerit; ut intelligatur multitudo actuum seu omissionum exteriorum. 4. An dominus ex illa detentione tristitiam magnam, vel grave damnum passus sit, ut intelligatur tota malitia detentionum.

Sed quid fit detentor utatur re aliena?

Resp. 1. Si domino perinde fit, utatur re sua, an eam apud te detineas otiosam; non magis peccas utendo, quam retinendo solum. Quod si dominus longe ferret agrum tuum, quam otiosam detentionem, eo quod res usu uteretur, vel periculo exponatur; tunc gravius peccas usum ejus rei, quam nuda detentione: nam plus est petere paribus uti re aliena, quam eam nude detinere, invito domino, ac proinde major est injuria. 2. Si res apud te facta sit deterior, ita ut prudenter iudices dominum eam non amplius velle, sed potius pretium ejus; non peccas ea utendo, aut eam destruendo, quia hoc non facis invito domino. Peccas tamen ejus pretium non restituendo cum primum potes.

C A P U T III.

De radice obligationis restituendi.

Quaest. I. Unde oritur obligatio restituendi?

Resp. Ex quatuor capitibus, scilicet, 1. Ex iniusta acceptione, quae intelligitur iniusta & culpabilis rei alienae ablatio, retentio, vel damnificatio, ex c. ult. de injur. ibi: Si culpa tua datum est damnum vel injuria irrogata, seu alius irrogabilis operem tulisti, aut hinc imperitia tua, sive negligentia evenerunt, jure super his satisfacere te oportet. Nam jus per injuriam auferri nequit: ergo in eo, cujus res ablata vel destructa est, semper manet jus ad illam habendam, vel ejus pretium, quod est res aequivalens, ac proinde manet in altero obligatio restituendi. 2. Ex re accepta, id est, ex re aliena in se vel aequivalenti extante apud alium sine hujus culpa: nam complectari non debet aliquis cum alterius injuria vel factura, reg. jur. 38. in 6. Preterea dum res est aliena, eo ipso subest juri alterius, qui inde minus habet, dum ea caret, quam habere deberet. 3. Ex contractu explicito, vel implicito, seu quasi contractu in assumptione

officii seu numeris: nam quidquid fit contra pactum, vel officium ad aliorum commodum spectans, est contra iustitiam commutativam, ideoque obligat ad restitutionem. 4. Ex lege positiva & iusta sententia. De his duobus ultimis alibi dictum est.

Quaest. II. An oritur obligatio restituendi ex damnificatione nullatenus peccaminosa, v. gr. ob inconsiderationem, distractionem mentis, oblivionem propter involuntariam?

Resp. Non oritur extra contractum & officium. Quia 1. Rem, quae culpa caret, in damnum vocari non convenit, cap. 2. de re lit. 2. Quia qui damnus sine ullo peccato extra contractum & officium intrat, ex nullo capite tenetur restituere: non ratione injuria, cum non peccaverit, neque ratione rei acceptae, aut contractus, vel legis, vel sententiae, cum nihil horum extet. 3. In hoc casu damnus non illatum fuit, damnificatio rationabiliter invito: nemo enim potest velle rationabiliter, ut quis sibi non inferat damnum etiam tum, cum de eo inferendo non cogitat, & involuntarie ac necessario inferat; nam non potest rationabiliter vel- lere id quod tunc impossibile est. Preterea qui damnus sine ullo peccato extra contractum & officium intrat, se habet instar possessoris bonae fidei, qui non tenetur restituere rem alienam, quam bona fide consumpsit, si ex ea non sit factus ditior.

Dixi, extra contractum, quia Leges imponunt contrahentibus onus restituendi damnum secutum ex culpa mere juridica; & contrahens hoc ipso quod contrahit, illud onus tacite in se suscipit, cum velit & debeat contrahere secundum Leges. Quare, quavis damnus non sit illatum, domino rationabiliter invito, tunc tamen indennitas ei debetur ex pacto seu contractu explicito vel implicito: sicut debetur cum res perit casu fortuito, nisi praecesserit pactum eam praestandi.

Quaest. III. An oritur obligatio restituendi ex damnificatione venialis?

Resp. 1. Ex damnificatione & furto veniali ob parvitatem materiae oritur obligatio restituendi sub veniali. Quia non restituendo iniuste privatur dominus possessione & usu rei suae, vel sibi debite, sufficientem ad materiam iniustitiae venialis, quae tolli debet.

Resp. 2. Ex damnificatione gravi quoad materiam, sed veniali ob defectum advertentiae, oritur obligatio restituendi. Quia tunc committitur vera culpa & injuria, licet venis, at omnis injuria ex natura rei, ideoque jure naturali refarcienda debet, ex c. ult. de injur. cit. Non videtur tamen esse obligatio restituendi totum damnum citra contractum aut officium: quia injuria venialis ac imperfecta non debet citra contractum aut quasi contractum, tantam obligationem parere, quantum injuria gravi & perfecta voluntaria. Et quia tunc damnum leviter peccantis leviter est imputabile; Ergo non tenetur totum compensare. Deinde cum ea restituitur fit poena, seu onus jure naturali culpa correspondens, debet esse culpae proportionatum. Sunt tamen qui doerent, tantum posse esse damnum, ut pars illius correspondens culpae veniali, sit adhuc gravis momenti, ideoque sub moraliter restituenda, quin aliquando retineretur res notabilis debita, invito domino, quod est mortale.

Ceterum in praxi quando damnum grave est, censetur

levi ordinarie debet intervenire culpa moralis. Nam (ut notat Lessius,) generaliter in operibus exterius periculosis, citra substantiam passionem vehementem, raro contingit advertentia imperfecta: scilicet opera illa periculum sunt statim & facile ingentur, mentemque ad sui considerationem excitant. Praeterea ad mortale sufficit confusio cogitatio periculi, vel obligationis diligentius advertentis, quae facile haberi potest. Quare in dubio an culpa fit moralis, an venialis, totum damnum refarci debet, praesertim cum in dubio potius fit conditio innocentis.

Quaest. IV. An oritur obligatio restituendi ex damno dato pro culpa juridicam in officio, vel extra illud commixtum?

Nota. Culpa duplex distinguitur, theologica, & juridica seu civilis. Culpa theologica est peccatum imputabile, five mortale, five veniale: culpa juridica est omnino diligenter debita ad cognoscendum, vel cavendum, vel faciendum, vel providendum, ex qua sequitur damnum, five illa omnino sit peccatum, five non. De hac sola hic agitur; & triplex est, lata, levis, & levissima. Culpa lata est omnino diligenter quam prudentes ejusdem conditionis homines in ejusmodi rebus adhibere solent. Culpa levis est omnino diligenter, quam passim in rebus ejusmodi propriis adhibere solent homines diligentiores & prudentiores ejusdem conditionis. Levissima, est omnino diligenter, quam soli diligentissimi & prudentissimi adhibent. Ut si quis, v. gr. librum sibi commodatum relinquat ante ostium domus, & amittatur, tunc censetur amittere per culpam latam; si reliquit in cubiculo suo, non obferat otio, est culpa levis; si ostium observavit, sed non advertit an esset bene observatum, est levissima.

Resp. 1. Ex communi sententia, extra officium & contractum, non oritur obligatio restituendi damni secuti ex culpa levi & levissima. Quia citra contractum & officium nemo tenetur majorem diligentiam adhibere in suis operibus non alteri nocent, quam in similibus casibus adhibere solent homines ejusdem conditionis diligentes ac prudentes; nemo enim tenetur esse diligentior ac prudentior ceteris hominibus diligentibus & prudentibus ejusdem conditionis, nisi ad id specialiter se obligarit. Constat tamen, inquit Lessius, esse obligationem restituendi damnum secutum ex culpa lata, nisi constet illam esse prorsus incupabilem, quia quodque est iustitia tenetur, ne alteri nocat, & adhibere in actionibus suis eam diligentiam, quam adhibere solent in ejusmodi actionibus diligentes ac prudentes; nam quicquid jus habet ne sine iusta causa de auctoritate sibi inferatur damnum, ergo si non adhibet, non facit id ad quod tenetur ex iustitia, & sic damnum inde secutum censetur esse voluntarium, & merito imputatur, ac proinde illud tenetur refarcire.

Resp. 2. Per se loquendo nemo tenetur in conscientia ad restitutionem propter culpam levem, vel levissimam in officio, vel arte commissa, sed tantum propter latam. Eja communit autem se communit sententia. Quia omnino tenetur in officio, vel professione sua adhibere maiorem diligentiam & providentiam, quam solent adhibere diligentes & prudentes ejusdem professionis: nam nec gravis onus quis vult sibi imponere, dum officium suscipit, vel artem exercet, nec respiciat plus ab ipso exigitur. Hinc advocatus, v. g. qui bona fide praestitit id

quod diligentes & periti advocati in similibus causis prestare solent, non teneat ad restitutionem, si causa cadat, eo quod non praesertit id quod diligentissimus praesertit. Idem dic de Judice, Magistratu, Medico, Architecto &c.

Dixi, per se loquendo: nam si quis proficere se diligentem & peritorem alius, aut diligentissimum; & sic eos qui tales querunt, ad se pertrahat; si teneat adhibere majorem, aut etiam maximam diligentiam & prudentiam, quia ad primum, & ad id se obligavit saltem impliciter, unde teneat referre totum damnum ex levi, vel etiam ex levissima culpa secutum, cum non adhibendo majorem, vel maximam diligentiam, peccaverit graviter in re gravi contra pactum saltem simpliciter, ideoque gravem injuriam fecerit.

Porro culpa que dicitur lata in iis, qui officium vel artem exercent, censetur levis in aliis privatis. Unde illi dici possunt teneri de culpa levi comparate ad alios, qui non teneantur ex officio vel pacto; cum debeant majorem diligentiam adhibere, quam si nihil commodi perciperent, vel non ex officio facerent.

Resp. 3. Qui praeber consilium in rebus ad suum officium vel artem pertinentibus, teneat ad restitutionem ratione culpae latae. Quia ex officio teneat in consilio dando adhibere eam diligentiam & prudentiam, quam adhibere solent in similibus casibus homines diligentes ejusdem professionis. Ergo si non adhibet, peccat contra justitiam, ideoque teneat ad restitutionem damni ex hac culpa secuti. Item teneat ratione ignorantiae, quia talis ex officio teneatur hoc scire, & in responso vitare errorem, ex quo damnus secutus est: unde merito censetur causa iniusta damni secuti. Et utrumque patet ex c. ult. de injur.

Non teneat tamen ad restitutionem, qui consultus aperit bona fide duxerat opinionem suam, dicendo ita sibi videri, nec suadendo ut aliter faciat, & a fortiori si indicet se dubitare. Nam tunc si alter sequatur, suae imprudentiae damnus adscribere debet, modo consultus non habeatur a consiliente peritor ac prudenter, quam reverentiam si des consilium in rebus, quae ad tuum officium non spectant, & quantum parum peritus es, & alter fecerit tuam imperitiam, consilium tuum sequatur, non teneris de damno inde secuto; nam damnus illud sibi imputare debet, & scienti ac volenti non fit injuria. Si tamen agatur de damno tertii, ut si suades alteri contractum iniustum, vel ut non restituat, peccas graviter in re gravi, & generis illi tertio: nam illi tertio & quidem invito damnus inferis tuo malo consilio. Nec obstat quod veritatem inculpate ignoras; quia nihilominus imprudenter agis: nemo enim nisi imprudenter incedit se consilium dandis in rebus quas non intelligit, & sciens ac volens exponit se periculo errandi cum damno tertii, quod proinde est sufficienter est voluntarium, meritorie imputatur. Ita fere Lessius.

Porro haec regula juris 62. in 6. Nullus ex consilio, damnus fraudulenter non fuerit, obligatur; intelligitur solum de eo, qui bona fide dat consilium in rebus ad suum officium non pertinentibus, & qui ratione sui muneris aut status peritiam non proficere. Vel nomine fraudis intelligitur culpa lata, quae ei equiparatur in jure.

Quest. V. Ex qua culpa juridica in contractibus oritur obligatio restituendi?

Resp. 1. Si contractus cedat in utilitatem solius accipientis, ut in commodato, accipiens teneat ad restitutionem, si res aliena pereat, vel deterior fiat ex culpa etiam levi & levissima: Sed non teneat, si fecit id quod diligentissimi ac prudentissimi in simili re propria conservanda facere solent. Constat ex l. 18. §. commod. & ex instit. lib. 2. tit. 25. & ex c. 1. de commod. Ratio dispositionis juris est, quia equitas naturalis postulat, ut si qui gratis utitur re alterius in suam tantum utilitatem, maximam diligentiam adhibeat, ne pereat, vel deterior fiat. Excipitur precarium, in quo accipiens teneat solum ex dolo vel culpa lata, l. 8. §. de precario; eo quod res concessa precario potest a domino quovis tempore revocari, non autem res commodata: quare aequum est, ut qui accipit precarium, non teneatur de tanta culpa.

Resp. 2. Si contractus fit utilis utrique contractenti, ut contractus pignoris, locati, & conducti, uterque teneat ad restitutionem damni feci ex culpa lata & levi, non autem levissima, ex l. 9. §. commod. & l. 23. de reg. jur. Ratio est, quia cum res aliena alicui conceditur in usus utilitatem, equitas postulat ut eam valde diligenter custodiat, non tamen ad tantam diligentiam teneatur, ad quantum si in sui tantum utilitatem acciperet. Quare ad nihil teneat, si fecerit quod diligenter facerent in simili re propria conservanda. Hinc artifices, qui laborant in re aliena ob stipendium, & domestici, quibus incumbit ex officio cura custodiendi rei domesticae, teneat referre damnus ex culpa etiam levi secutum. Qui tamen condusus est ad trasportandum columnam vel alias res fragiles, teneat de culpa levissima respectu illarum rerum, l. 25. §. locat. Quia nempe talis negligentia in eiusmodi rebus non censetur levissima, sed major propter summam diligentiam, quam ille res ex natura sua exigunt. Delugo & alii.

Resp. 3. Si contractus cedat in utilitatem solius dantis, ut in deposito, accipiens teneat solum ad restitutionem ex culpa lata, & dolo, ex l. 5. §. commod. & l. 24. §. de reg. & instit. l. 3. tit. 13. Nam equitas postulat, ut qui habet rem alienam in commodum solius domini, non teneatur ad majorem diligentiam & custodiam, quam passim adhibere solent in rebus suis homines, cum nullum commodum inde percipiat.

Hinc si depositum pereat apud te sine tua culpa lata, non teneris illud restituere, nisi in his casibus. 1. Si adit pactum de majori vel maxima custodia adhibenda, vel etiam de casu fortuito praestando, ex l. 1. §. deposit. Contractus enim Legem ex conventionem accipiunt. Ibid. 2. Si in culpa tui tecum deferendo depositum in locum periculosum, vel fuisse in mora non reddendo, cum potuisti, & debuisti, teneris ad restitutionem, quantumcumque custodiam adhibueris, ex variis juris, & cap. ult. de deposit. ibi: Pacto, culpa, vel mora praecedentibus, casus etiam fortuitus imputatur. 3. Si accepisti mercedem pro deposito custodiendo, ex eodem cap. Tunc enim teneris de culpa levi: quia contractus depositi cedat in tuam & domini utilitatem, transque in locationem opera ad illud custodiendum. 4. Si teipsum ad depositi custodiam offic-

offerat petenti diligentissimum cultorem, tunc teneris de culpa levissima, l. 1. §. de pos. quia tunc teneris custodiam diligentissimam promittere.

Obj. In predictis Legis depositarius dicitur obligari solum ex dolo, non ex culpa. Resp. In jure lata culpa dolo equiparatur. Lege 12. §. de pos. & lego 22. §. de verb. obligat. ibi: Magna negligentia culpa est magna culpa doli est. Quare cum Leges decernunt dolum solum praestandum esse, non culpam, culpa nomine levis & levissima intelligitur: & sub nomine doli comprehenditur culpa lata. Cum autem statuant in contractibus culpam esse praestandam, per culpam intelligitur aliquando levis, aliquando levissima, pro subiecta materia.

Resp. 4. Est obligatio in conscientia referendi, secundum has Leges ante sententiam iudicis, damnus secutum sine peccato, sed ex culpa mere juridica in contractibus. Ita Covarruv. Navarr. Molina. Vasquez., Lessius dicensse communionem, & alii. Prob. Quia qui ex contractu rem alterius accipit, obligat se saltem implicite ad eam servandam cum onere per Leges annexo, & ad praestandam curam ac diligentiam, quam Leges praescribunt; cum praesertim haec Leges fundentur in naturali equitate, & saneque sint propter bonum commune, ut contractus facile incurrat, & ad excitandam curam ac diligentiam circa res alienas. Neque enim fundantur in praesumptione culpae mortalis; nam v. gr. in culpa levissima non potest forum externum praesumere peccatum mortale, ut notat Vasquez, & tamen, cap. unico de commodato dicitur simpliciter: Cum gratia sui qui commodatum accepit, de levissima etiam culpa teneatur. Unde tunc est obligatio restituendi ex contractu, cui Leges iuste eam annexerunt, & quam contrahens, hoc ipso quod contrahit, tacite in se suscipit, cum velit & debeat contrahere secundum Leges.

Quest. VI. An qui inculpabiliter dixit vel fecit aliquid, ad quod jus nullum habet, & ex quo impendit damnus proximo, teneat ex justitia illud impedire vel restituere, si non impediat quantum commodum potest?

Resp. Affirm. Est communis sententia. Quia quisque teneat ex justitia curare, ne ex sua actione eveniat damnus proximo contra jus illius; ideoque impedire ne malum ex sua actione secutum perseveret: alioqui non impedit quantum commodum potest, censetur causa moralis perseverantiae effectus a se positi, & damni secuti: quod proinde est imputabile: nam quisque jus habet ne ei damnus sine iusta causa, & auctoritate inferatur.

Hinc qui inculpate errorem docuit, vel consilium noxium dedit, teneat, ubi advertit, dedocere; qui inculpate res alienas incendit, teneat, quantum commodum potest, ignem extinguere; alioqui continuato incendio foret ei voluntarius & moraliter imputabilis. Si tamen non possit impedire alterius damnus sine graviori, aut saltem aequali suo damno, non potest illi imputari, sed censetur iuste permitti. Nam multo minor est obligatio tunc impediendi, quam non inferendi positive damnus: cum ipsa non oriatur ex iniusta re sine vel ad rem; ideoque non est obligatio impediendi damni, nisi cum potest impedire sine gravi aut saltem aequali suo damno. Cuius quidem damni proprii gravitas debet spectari respectu ad damnus, quod inde proximo sequetur.

Quest. VII. Quid restituat debet ratione iniustae accessionis vel damnificationis?

Resp. Qui iniuriam alteri intulit rem ejus culpabiliter accipiendo, aut detinendo, aut damnus inferendo &c. teneat in conscientia restituere rem, si adhuc extet: vel ejus pretium si ipsa non extet: item omnes fructus naturales ac mixtos, sive perceptos, sive non perceptos, sed quos dominus percipiturus erat, & compensare omne damnus emergens ac lucrum cessans. Est communis sententia. Quia ratione iniuriae contrahitur obligatio iniuriam omnino indemnem reddendi, & restituendi in eam statum in quo fuisse, si iniuria illata non fuisset; alioqui iniuria integre non tolleretur, nec equalitas, quam justitia intendit, reponeretur; & sic non cessaret totaliter iniustitia. Quare mensura restitutionis facienda ratione iniustae accessionis vel damnificationis, est quantitas boni alieni laesi, & damni illati ac lucrui impediti, quamvis laetens nihil inde emolumentum perciperet, ex cap. Grandis, de relict. spoliari. ubi Caelestinus III. ait: Mandamus ablata cum integritate restituere, damna plenarie referre, & de illatis iniuriis competentem satisfactionem compellat: provisorie ut non tantum fructus a novo & violente possessore percipere, sed quos possessores veteres perciperent, reddi faciat, et cetera.

Igitur si, vel male fidei possessore, vel damnificatore iniustus teneat, 1. Rem alienam iniuste possessam restituere domino. Nam quomodo retinet, facit et iniuriam violando jus quod habet rem suam possidendi, & ea utendi. Quod si res aliena non extat, teneat ejus pretium restituere, cum sit causae iniusta damni, quod patitur dominus privatione rei suae, quam tenebatur restituere. 2. Compensare omne damnus emergens & lucrum inde cessans domino, l. 5. Cod. de rei vindic. Nam est causa iniusta utriusque, teneaturque dominum indemnem servare, ut tollatur iniuria illata. Porro lucrum justum alterius impedire et illi damnus inferre: nam est cum privare lucrui sperato, ad quod jus habet, & facere ut minus habeat quam habuisset. 3. Restituere omnes fructus naturales & mixtos, quos percipit, quamvis dominus non perciperet, nec illi extant amplius, nec ex illis factus sit ditior, ex l. 22. Cod. de rei vindic. ibi: Certum est, male fidei possessores omnes fructus solvere cum ipsa re praestare. Quia fructus rei hoc ipso quod producantur, sunt illius qui est dominus rei, & res quilibet domino suo fructificat, ex instit. de rer. divis. Nam res ubicumque est, semper domini est, & domino valet, quod ibi valet. Ergo fructus &c. quos restitui debent, ac res ipsa, & tunc est etiam obligatio restituendi ex re accepta. Quod si illi fructus interea, dum retinetur, perierint; perierunt non domino, fed iniusto detentori, qui est in mora culpabilis. Item teneat restituere fructus omnes naturales & mixtos, immo & mere industriales, quos dominus singulari sua diligentia licite perciperet, quamvis ipse damnificator nullus perciperet, ex l. 25. §. de rei vindic. ibi: Fructus non modo percipiuntur, sed & qui percipiuntur, honeste estimantur de jure. Et ex cap. Grandis. Nam debet compensari omne damnus emergens & lucrum cessans.

Nota 1. Eructus mere naturales ferri filii, qui ex re aliqua gignuntur sine ulla fere industria aut labore, ut herbae in pratis, arborum poma, an-

malium factus. Mere industriales sunt ii, qui ex sola industria & labore proveniunt, licet mediante alia re tamquam mero instrumento, ut quæsit, qui ex negotiatione, vel ex usu artificioso alicujus instrumenti, puta penicilli, percipiunt. Fructus mixti sunt ii, qui ab ipsa re, mediante industria & labore proveniunt, ut fructus agrorum, vinearum, ad quos revocatur pretium locationis ædium, earumque rerum, que habent usum localem. Nam pretium locationis rerum est fructus earum, quem pariunt mediante usu sui, qui est pretio æstimabilis, & datur solum pro usu rei, ex l. 19. & 26. 9. de usuris. Hi fructus vocantur civiles, & debentur domino rei, l. 5. Cod. de rei vindic. ibi: *Domus, quam ex maris successione ad te pertinet, & ab adversa parte injuria occupatam esse ostendit, Præter provinciam, cum personibus esse percipit, aut percipere poterat, & omni causa damni dati, restitui iubet. Et omni causa mere industrialis, que dominas rei non percipit, non sunt restituendi, quia non sunt fructus rei alienæ, sed industrie propriæ. Sic qui pecunia furatitæ negotiatus est, non tenetur lucrum suum restituere, sed solum pecuniam ablatam, & omne damnum emergens ac lucrum cessans, si quod est.*

Nota 2. Sentina & alia similia, si sint aliena, non fructificant domino suo, sed domino agri, l. 25. 9. de usur. ibi: *Omnis fructus non jure feminis, sed jure soli percipiunt.* Quia sunt magis agri, quam feminis, quod mortuum est, & ab agro vivificari & alii debet. Hinc qui triticum sortium feminavit in agro suo, non tenetur restituere segetes, sed aliud triticum in eadem mensura cum damno emergente & lucro cessante, si quod est secutum domino tritici.

Nota 3. Restitutio fructuum faciendâ intelligi debet deductis pretio operæ ac laboris, & impensis, que a domino fieri debebant ad illos percipiendos ad conservationem rei, & ad ejus melioramenta, quibus rei valor crevit domino, ex l. 7. 8. Solus. matrim. Quia his deductis dominus non patitur damnum, & reponitur æqualitas.

Quest. VIII. An injustus damnificator tenetur insuper aliquid solvere pro culpa in penam. *Resp.* Non tenetur ante sententiam judicis. Quia penam ad iudicem pertinet; sed post sententiam tenetur penam solvere, quia iudex habet jus eam insignendi, & iusta sententia obligat in conscientia. Ita S. Th. 2. 2. q. 61. art. 3.

Quest. IX. An fur vel iniustus possessor, aut damnificator tenetur restituere rem alienam, si peritura fuisset apud dominum?

Nota 1. Possessor mala fidei est is, qui rem alienam injuste accepit, vel retinet, aut consumpsit, vel alienavit, parans aut dubitans esse alienam, vel se non legitime possidere, vel ex ignorantia graviter culpabilis iudicans esse suam. Possessor bonæ fidei est, qui rem alienam detinet, diligenter restituendi solum damnum ex ea locutum, non alium. *Resp.* damnum domino illatum est, spectato statu, in quo privatus fuit re sua per injuriam, cui per se annexa est obligatio restituendi.

Nota 2. Leg. ult. 9. ad legem Rhod. statuunt quod si naveem conduxerim ad merces meas convendendas, ipse vero navata me invito merces meas naveem deteriorem transulerit, cum qua merces mee perierint, tenetur mihi de hoc damno, si altera

navis salva evaserit; sed non tenetur si ambae naves ac navigatione perierint, quia æque merces mee in priori navi conducta perierint.

Resp. Ibi non agitur de iniusto possessore, qui tenet alienam habet per injuriam; sicut in nostro casu.

Sed si rem alienam, qua incendio, vel aliter peritura erat apud dominum, auferam, & post elapsum periculum non statim restituam, & non ita apud me percat, non jam peritura apud dominum, an tenor ejus pretium restituere?
Resp. Affirm. Ita omnes. Quia res illa a periculo libera, & secuta ad dominum pertinet, & sic ei statim tunc reddi debuit; quare si non fuit redita, injuria ipsi facta fuit per injuriam detentionem, que fuit causa damni; nam apud dominum non amplius perierit.

Quest. X. An ratione injuria restitui faciendâ est juxta summam æstimationem, quam res a tempore deteriorationis habuit?
Resp. 1. Si res aliena apud furem vel iniustum possessorem facta est deterior, quam cum accepta est, restitui restituitur secundum statum illam quem res tunc habebat. Nam tempore quo accepit, res illa tantumdem valebat; & accipiendâ damnum iniustum domino incurrebat, privando eum re sua in tali statu, & facultate eam majore pretio vendendi.

Resp. 2. Si res apud iniustum possessorem melior effecta est, sire in principio & in subsantia, ut si vitulus evaserit in bovem; sire extrinsece & in valore, ut si auctum sit ejus pretium ob emporum multitudinem; restitui debet domino in tali statu, si extet. Nam res semper manet in ejus dominio, melioratio autem & incrementum rei pertinet ad ejus dominum. Si autem res illa non extet, & vendita fuerit majore pretio, quam vendidisset dominus, totum pretium acceptum restitui debet domino, quia res tempore quo carius vendita est & melior erat, domini erat, & domino debebatur: ergo pretium acceptum ei debetur, cum sit valor sui rei. Quod si res cara perit, vel minore pretio vendita fuit, aut in deteriore statu & valore alienata vel consumpta, restitui debet domino secundum æstimationem, quam in optimo statu & maximo valore habuit, si dominus eam tali tempore erat venditurus, vel passus est damnum emendo aliam summo valore; quia iniustus possessor fuit causa injusta talis lucri cessantis vel damni. Idem dic, si incertum sit an dominus lucrum ex ejus melioramento fecisset, vel quo pretio venditurus fuisset, ut docent passim Doctores. Nam iniuste privatus fuit potestatis lucrandi, & vendendi summo valore, qua forte usus fuisset in dubio autem melior est conditio innocents, & possidents jus exigendi integram indemnitatem.

Inmo juxta varios, restitutio fieri debet secundum summam valorem, & incrementum, etiamsi dominus re sua certo usurus non erat in tali statu, nec juxta summam valorem venditurus. Quia damnum apud iniustum possessorem melior & rarior facta est domino meliorata fuit, ipsique debita erat in tali statu. Ergo facta est iniusta injuria cum damno, cum privando re sua in optimo ejus statu & valore; que injuria detentio est nova injuria a prima

navis salva evaserit; sed non tenetur si ambae naves ac navigatione perierint, quia æque merces mee in priori navi conducta perierint.

acceptio distincta, per quam statim contracta est obligatio eam restituendi cum tali incremento & valore. Obligatio autem ex injuria contracta extinguitur per solum restitutionem, & quamvis nullum damnatum dominus recipiat, spectato statu in quo statum esset, si ad tempus minoris valoris rem servaturus esset, tamen recipit damnum, atque prior statu in quo habuit dominium rei plus valentis, quo majore valore ad se pertinet injure privatus fuit. Confirmatur l. 8. 6. de condit. fidei. ibi: *Si ex causa facta furta res condatur, cuius temporis æstimatio fiat, quæritur? Placeat tamen id tempus spectandum, quo res nunquam plurimi fuit maxime cum deteriorem rem factam fur dando non liberatur; semper enim novam fur facere videtur.*

Obj. Restitutio fieri debet solum ad æqualitatem damni illati. At tunc non est illatum damnus secundum summam valorem rei; nam ejus incrementum non erat certo pretio domino, cum dominus fuisset eam venditurus ante tempus illius incrementi, nec coactus fuit eo temporale aliam emere.

Resp. Damnus domino illatum est, atque prior statu, in quo habuit dominium rei plus valentis, & revera privatus fuit re sua in optimo ejus statu & valore.

Quest. XI. An qui ponit actionem ex qua damnus obvenit alteri, tenetur illud restituere?
Resp. 1. Si damnus evenit tertio ex actione tua mala vel otiosa, que fuerit periculosa sire per se, sire ratione circumstantiarum, restoria illud refacere, quamvis aliunde adhiberis diligentiam non eveniret, & illud non intenditur. Quia 1. Illud damnus est tibi sufficienter voluntarius in causa, nempe actione tua mala periculosa; per quam illud creas. 2. Intulisti injuriam damnosam illi tertio, quippe qui jus habebat ne malam illam actionem sibi periculum faceret.

Secus est, si damnus eveniret alteri ex tua actione non mala, licet periculosa, sed utili tibi, cuius faciendâ jus habebas, modo adhiberis debita ad illud impediendum diligentiam, que adhiberi potuit, recenta illa actione licita: tunc enim damnus illud tibi non imputaretur, cum utaris jure tuo ex c. 31. de election. Non videtur injuriam facere, qui utitur jure suo. Et ex l. 193. 6. de regul. jur. Nemo damnus fuit, nisi qui id fecit, quod facere jus non habet. Sed si non adhiberis debita cautionem, ne alius damnus eveniret, teneris de damno. Nam quisque tenetur ex iustitia curare, ne ex iusta actione damnus eveniat alteri: nam proximus habet jus ne ei damnus inferatur sine iusta causa & legitima auctoritate. Propter eandem rationem teneris restituere damnus, si jus non habebas sciendâ aliquid periculofum, licet non malum. Sic qui in itinere foveam lupi capiendi causa facit, tenetur de damno; l. 28. 6. ad leg. Aquil.

Resp. 2. Teneris refacere damnus, quod alteri evenit ex tua culpa, scilicet actione mala vel inutili, si damnus illud intendisti, licet ex se in plerumque damnus non eveniat. Nam tunc damnus tibi voluntarius est in se, & merito censuris illius causa, cum re ipsa ex directa intentione illud intuleris per actionem tuam malam vel (*) inutiliter.

Resp.

(*) Nempe licita, sed tibi non utili, nedum necessaria actione.

Resp. 3. Teneris refarcire damnum, quod obvenit alteri ex actione tua mala vel inutili, quamvis ex ea plerumque damnum tertio non eveniat, nec illud intendis, si praevidetur probabiliter eventurum. Quia 1. Tunc damnum illud est voluntarium tibi in actione illa mala tanquam in causa, vel saltem tanquam in occasione, quae est aequivalenter causa. 2. Fecisti injuriam alteri, qui jus habebat ne actionem illam malam faceres in talibus circumstantiis, nempe cum suo periculo, quamcumque aliius diligentiam adhiberis. S. Th. 2. 2. q. 74. art. 8.

Resp. 4. Non teneris refarcire damnum, quod ex tua actione mala non periculosa obvenit, si illud non intendis, nec poteris praevidere obventurum, eo quod nunquam aut fere nunquam illud eveniat ex tali actione in talibus circumstantiis. Quia tunc damnum illud nec in se, nec in alio tibi voluntarium est, cum nec illud intendis, nec poteris praevidere: nec requiritur cautio ubi non est periculum. Hinc qui alienam a boyem ascendit ad fructus furandus, & casu cadens supra foculum, eum praeter intentionem occidit, non est reus homicidii, nec tenetur focius ad restitutionem. Quia talis alicuius, licet innocens, non erat sic periculosa: unde ille solus reus est furis. Quando autem S. Th. loco citato, dicit daturam operam rei illicitae, ex qua mors alterius sequitur, esse reum homicidii, supponit illam rem esse aliquatenus periculosam, saltem ex circumstantiis.

Quest. XII. An in dubio de damno facto ex actione mala per se damnificativa, est obligatio restituendi?

Resp. 1. Qui injuste posuit actionem ex se impeditivam lucrui vel damnificativam, tenetur in dubio an respiciat alteri lucrum cessaverit, aut damnum secutum sit, restituere pro ratione dubii, seu quanti aestimatur certum subeundi damni periculum. Quia talis sit causa injusta periculi, quod alter subit, patiens damnum, nec constat non passum fuisse, iniquumque est, ut innocens in tali dubio totum periculum certum subeat, & alter sit inanis omni obligatione.

A fortiori qui certus est de patrata a se actione injusta per se sufficiente ad damnum inferendum, & de damno facto, sed dubitat an secutum sit ex illa, tenetur restituere saltem pro ratione dubii, & aestimationis periculi. Dico saltem; nam juxta Lessium & alios multos, tenetur de toto damno: tum quia postposito est pro actione injusta, quod talem effectum procreavit, nisi oppositum constet, tum quia praesumptio juris valet, quamdiu de contraria veritate non constat, sed tunc est praesumptio juris: damnum ex illa actione, v.g. consilio malo, secutum esse ex regul. 45. jur. in 6. *In peccatis in obsequio quod est verosimilium, vel quod plerumque fieri consuevit.*

Obi. Non est arguam, tantum teneri restituere eum, qui solum ex probabilis praesumptione, quantum qui ex certa scientia damnum intulit.

Resp. Hoc est justum, quando constat, postquam esse causam injustam damni, & damnum secutum esse: nam in dubio an damnum revera ex illa actione secutum sit, melior est conditio innocentis & domini.

Idem die de omissione injusta, hoc est, omissione rei ex justitia debita, dum dubitatur an ex ea

secutum sit damnum: nam in moralibus omisso injusta est aequivalenter actio injusta.

Quest. XIII. An qui solo exemplo movit efficaciter alium ad damnum inferendum, tenetur damnum ab hoc illatum refarcire in ejus defectum?

Resp. Affirm. Si hoc eventurum probabiliter praeviderit. Quia 1. Talis posuit actionem malam & periculosam rationem circumstantiarum, ex qua probabiliter praevidebat damnum tertio secutum: ergo fecit ei injuriam. Nam quisque habet jus, ne fiat aliquid mala cum periculo damni sui. 2. Vere movit alium ad damnum inferendum, & aequae est causa damni quod ex motione exempli sequitur, ac si ex consilio sequeretur. 3. Qui occasione damni datus sine justa causa, damnum dedisse censetur, ex cap. ult. de injur. & l. 30. §. ad leg. Aquil. *Qui occasione praestitit, damnum secisse videtur.* Idem die de eo qui hoc eventurum praevideat aut potuit aut debuit.

Quest. XIV. An quis tenetur restituere damnum irrogatum per suam mancipium, animal, vel alium?

Resp. 1. Ante omnem sententiam tenetur ratione culpe, si negligens fuit in praecavendo, ex cap. 2. §. ult. de injur. Nam tunc damnum illud et voluntarium fuit in omissione diligentiae debite; idcirco que ei merito imputatur. Hinc qui animal ferum non tenuit domi clausum, vel catenis ligatum, tenetur de damno ab eo illato. Eo eandem rationem, qui potestatem in alios habet, peccat contra justitiam, & tenetur ad restitutionem, si ubi est periculum damni, non provident ne fiat a suis. Nam dominus & pater tenetur ex justitia respondere ne aliis damnum inferatur a suis, vel per sua animalia.

Resp. 2. Si damnum irrogatum sit sine culpa voluntaria domini, hic tenetur dare pro noxa mancipium, vel animal, aut damnum compensare, ex jure civili, instit. digest. & Cod. de noxal. actionibus. Et canonico cap. ult. de injur. ibi: *Quod si animalia tua nocuisse proponas, nihilominus ad satisfactionem teneris: nisi ea dando passis damnum, velis liberare te ipsum: quod tamen ad liberationem non proficit, si fera animalia, vel que consueverunt nocere, sustineris; & quam deberis non curas diligentiam adhibere.* Quae leges non sunt penales, sed dispositivae; & aequitatis a naturali rationi valde consentaneae. Quia cum animal, vel ferum non sit sui juris, sed totum quod sunt, domini sunt, leges iuste disponuntur, ut sicut omnis utilitas ab eo proveniens domini est, ita etiam & damnum domini sit, nisi velit ipsum pro eorum reddere: nam qui sentit commodum, debet sentire & onus, reg. 55. jur. in 6. Quare haec leges obviat a re sententiam, nisi ex consuetudine legitime praescripta, sententia requiratur: nam in foro conscientiae idem dicendum est circa ista, quod aequus iudex cogita veritate iudicare. Ita Sanchez, & alii.

Item quando ex domo aliquid projicitur, vel effunditur, quod damnum intulit; si ante non fuit clausum, caput familiae in illa domo habitantis tenetur ad solvendum duplum illius damni, quantum sine ejus culpa illati. L. 1. & l. 6. §. de his qui effuder. ibi: *Habitator suam, suorumque culpani praegrare debet.* Sed juxta multos, si dominus vere peccato caret, nihil tenetur restituere ante sententiam.

tiam: quia sic uti receptus sunt ille leges, nec id necessarium est ad finem illarum. At post sententiam tenetur in conscientia parere sententiae iudicis, quia haec non fundatur in praesumptione culpae, sed in legis quae ad bonum commune & pacem publicam ita struuntur, & ut domini diligenter eaverent ne daturum aliis a suis inferatur. *Resp. 3.* Parens non tenetur ex delicto filii, vel damnum refarcire, vel filium noxa delere, si absque parentis culpa commissum est, existit de noxal. act.

Quest. XV. An qui impedit alterum a consecutione alicuius boni, tenetur ad restitutionem?

Resp. 1. Qui quocumque modo etiam solis precibus vel consilio, saltem absque causa justa, impedit aliquem a consecutione boni ipsi ex justitia debiti, sive habeat jus in re, sive solum jus ad rem, peccat contra justitiam, & tenetur compensare totum damnum. Ita omnes. Quia illius fuit causa injusta, violando jus, quod habet alter ad habendum illud bonum. Unde si alter habet jus in re, impediens tenetur restituere valorem illius rei; si vero solum jus ad rem, v. gr. per justam promissionem acceptatam, electionem, praesentationem &c. tenetur restituere quanti jus illud iudicio prudenti aestimabitur.

Idem die de impediendo alterum ne utatur jure suo, v. g. exercendi suam artem, operam locandi, petendi aliquid &c. Nam quilibet habet jus utendi jure suo, quod jus non violatur.

Resp. 2. Qui vi, fraude, dolo, iniuria, detractione, calumnia, mendacio, vel alio modo injudicio impedit aliquem a consecutione beneficii vel officii, quo dignus erat, vel alterius boni ex justitia non debiti, ut domi, legati &c. tenetur restituere, quanti iudicio prudenti ea spes ei valebat. *Est omnium, teste Sanchez.* Quia licet impeditus non habeat jus strictum ad tale bonum, jus tamen habet ne ab illius consecutione pro vim, fraudem, vel aliam quamvis viam illicitam impediatur, & ut perfecte liberum cuique sit ei gratificari. Ergo tali facta est injuria, quae refarciri debet. Ilique sive viis, vel fraude exerceatur circa eum, qui impeditur, vel minuetur ei ne petat, vel cum decipiat, sive circa collatorem, ut minando ne conserat, vel falso persuadendo alterum esse indignum.

Dixi, quanti spes &c. Nam non tenetur ad aequale, quia gratiam illam nondum fuerat adeptus, & poterat multiplicitate impedi, ait S. Th. 2. 2. art. 25. ad 4. Quod si nulla erat spes, non tenetur restituere damnum, cum respiciat nullum iudicium. Si tamen exigua spes fuisset, compensanda est iudicio prudenti.

Qui autem a consecutione beneficii ecclesiastici, vel officii, aliquem indignum impeditur pro vim & fraudem, licet peccaverit, non tenetur damnum restituere; quia non facit injuriam quod illud, cum nullum ad illud habeat jus, etiam conditionatum & in libera collatoris voluntate positum: nam illicitum est conferre beneficia vel officia indignis. Item qui a consecutione beneficii aliquem dignum & spem habentem impedit, ut dignior conseratur, non facit injuriam impediendo, nec tenetur ad restitutionem: quia ille non habet jus etiam remotum ut digniori praefatur. Si tamen

impediatur calumnia vel detractione, tenetur ad restitutionem famae, sicut in primo casu.

Idem die, si dignum solis precibus & commendatione impeditur, ut aequo digno conseratur: quia non habet jus ut illi praefatur in bonis communibus, nec injusta via impeditur, & sibi licet petere pro aequo digno: secus, si injusta via talem impediatur, nam tunc teneris illi restituere quantum ea spes ei valebat, quia jus habet, ne injuste impediatur, ut beneficium conseratur alteri non digniori.

Resp. 3. Qui est sine vi vel fraude, vel alia injusta via, impedit dignum a consecutione officii, vel officii, ut detur indigno, tenetur ad restitutionem Ecclesiae vel Reip. quia inde damnum injuste patitur. *Est communis sententia.* Quia utraque jus habet, ne damnus ei quovis modo inferatur. Idem die si modo est non injusto impediatur dignorem, ut detur minus digno, quia Ecclesia & Resp. habent jus habendi optimos ministros, & magistratus. Sed juxta multos non tenetur restituere impedito; quia non violatur justitiam commutativam erga illum, quippe qui nullum jus talis justitiae habet ad beneficium vel officium; non enim habet jus in re, nec jus ad rem, quod debuit ei si beneficium vel officium, & quo possit illud jure exigere.

Resp. 4. Ex communi sententia, qui sine vi, fraude, vel alia via injusta aliquem impeditur a consecutione boni non debuit ex justitia, non tenetur ad restitutionem. Quia non fecit injuriam impedito, cum nullum jus habeat ad illud bonum, & impediens liberum cuique relinquit gratificari ei, si velit, & nullam viam injuriam adhibeat. Nec refert, quod aliter factuatur donare; quia sine iniuria justitia tempore potest propostum mutare: ergo & ad id induci via non injusta. Odium autem seu animus nocendi pro medium non injustum, & in his, in quibus potest quis aliquin nocere absque injuria, non est peccatum contra justitiam, sed solum contra caritatem.

Hinc non tenetur ad restitutionem qui sine vi, vel fraude, aut alia ratione injusta, sed solis precibus vel obsequiis aliquem avertit ab instituendo tali herede, aut a relinquendo legato, vel donando aliquo bono, vel qui curavit revocari testamentum, & alium heredem institui. Quia nemo habet jus ad successorem, vel legatum, quamdiu testator vivit, cum libere pro libito tempore possit revocare & mutare testamentum. Tamen hinc iusta causa aliquem a consecutione boni non debuit impediare via non injusta est contra caritatem, quae debemus velle bonum proximo, & quae verat ne alteri factuam quod nobis fieri rationabiliter volumus.

Sed quid, si alterius Procuratorem, vel Tabellarium, litteras sua mandata alterius deferrentem ad impetrandum beneficium, vel ad aliquid negotium, detineam praeterit recreationis vel potationis, sciens hanc detentionem nocivam mandataro?

Resp. Peccas contra justitiam, & teneris ad restitutionem. Ita Delago, & alii. Quia mandatarum habet jus, ut Procurator, vel Tabellarium, seu famulus diligentiam adhibeat, & moram vitet, ad quod tenetur ex justitia, & tu scienter impedis executionem, ac usum ejus juris, seu id ad quod ille jus habet. Sed qui quovis modo est de se legito scienter impedit usum juris alterius, & id

ad quod jus habet, facit ei injuriam, cum violenter ejus jus, ideoque tenetur ad restitutionem damni inde facti. Idem dic, si famulam alterius quovis modo detineas, sciens hanc detentionem causam esse damni domini, ad quod vindicandum famulus ex iustitia tenetur: nam cooperaris iniustitiae alterius, & vere es causa moralis talis damni.

Quest. XVI. An accepta ob opus malum restitui debent?

Resp. 1. Sic accepta ante opus malum patrum restitui debent. Ita omnes. Quia ista non dantur nisi ex lege, ut accipiens se obliget ad opus malum, ad quod impossibile est obligari: unde datio est nulla, & sic rei dominium non fuit translatum, ex cap. ult. de pactis.

Resp. 2. Crimine patratu, pretium retineri potest, nisi per legem aliquam acquisitio sit irrita, vel accipiens fiat inhabilis ad acquirendum illius dominium. Ita S. Antonius. Covarr. Cajet. Lessi. Delugo, & alii multi. Quia 1. Accipiens non est inhabilis ad illud acquirendum, & pretium datum est omnino voluntarie, non quidem ut pretium peccati, quod est tantum conditio sine qua non datur, sed ut solutio promissi posita conditione. 2. Muller potest retinere id quod acquisivit per meretricium, ex l. 4. §. de condit. ob turp. caus. & ex S. Th. q. 62. art. 5. ad 2. & in 4. dist. 15. q. 2. art. 4. q. 2. Si lex prohibuit actum, ex quo quis lucratur, sed non lucrum supposito actu: tunc quamvis acquirendo tali actu contra legem peccet, tamen tenendo contra legem non facit, & ideo hoc retineri possunt. 3. Quia promissio de solutione pretii valens, si consideretur ut facta ex suppositione conditionis positae, quamvis non valeat ut facta sub conditione ponenda.

Ad leges in contrarium obici solitas, dico eas non reddere irritam acquisitionem rei ob turpem causam datam, nec facere accipientem inhabilem ad acquirendum illius dominium; sed solum decernere, ut ante opus patratum habeantur pacta illa invalida, & ut ne patratu opere inde oriatur obligatio civilis, ob quam scilicet posset in iudicio exigi promissum: quod probatur ex l. 2. Cod. de diti. ob turp. caus. ubi res ob turpem causam accepta, ei qui accepit relinquuntur; & ex l. 8. §. eod. tit. ubi dicitur solummodo ob turpem causam non posse repeti.

Dixi, nisi per legem. Quia quando lege aliqua positiva accipiens redditur inhabilis ad acquirendum dominium, vel annullatur actus ex quo pendet acquisitio, tunc res accepta restitui debet. Nam per talem legem translatio domini impeditur etiam in conscientia, cum bona & actus subditorum subiciantur voluntati iustae Legislatoris in ordine ad bonum commune, quod semper per Legem iustam intenditur. Quod si is, qui dedit, fiat per Legem incapax datum retinendi, si restituitur, tunc restitutum non debet pauperibus, vel aliis piis operibus, secus, si fieri debet danti, quia cum translatio domini rei data nulla sit, res remanet prioris domini, qui illius dominio se non abdicavit, nisi ut in recipientem transferret. Equidem si eam rem ob opus malum dederit, dignus est ut ea priveretur, sed hoc pena infligi debet a iudice, non a privato.

Resp. 3. Quoad praxim, in penitentiam imponenda est a confessorio obligatio dandi pauperibus vel piis causis accepta pro quovis opere malo pa-

trato, si accipiens non indiget: tum quia peccatum est tali pena dignum, tum ne lucrum ex peccato reportet, & sic ad peccatum affectum retineat, & ad illud iterandum alliciatur.

Quest. XVII. An accepta ob opus bonum jam debitum restitui debent?

Resp. 1. Accepta pro actione vel omissione debita ex iustitia restitui debent danti. Est communis sententia. Quia 1. Quae accipiuntur pro actione vel omissione debita ex iustitia, accipiuntur pro iniustitia, nempe contra jus quod habet proximus ut id fiat vel omittatur sine sumpto suo: at accepta per iniustitiam restitui debent. 2. Tunc nullus est ritulus, seu jus accipendi & retinendi; neque enim oritur ex contractu oneroso, cum ejus natura sit, ut utriusque obligationem pariat: nulla autem nova obligatio imponitur ei, qui iam ex iustitia obligatus est. Non item ex pacto gratuito, quia danti non est animus liberaliter dandi, sed dat coactus ex metu iniustitiae, ne iure suo defraudetur.

Responsio vera est etiam pretium tibi datur ab alio tertio, qui nihil debes. Est communis sententia. Nam ille vere dat pro re, quam gratias dare debes, & ad quam jus habet is cuius causam gerit, & pro quo petit: ac proinde ei vendis mercedem, & pro quo datus est pretio ab amico dato id quod tibi ex iustitia debes. Nec refert, quod opus debitum feceris in gratiam dantis pretium; nam hoc relatio non tollit obligationem exsequendi opus sine pretio, nec ullum commodum pretio estimabile affert solventi pretium; & sique solum mentalis: ergo non impedit iniustitiam.

Hinc peccant contra iustitiam, & tenentur restituere, qui aliquid accipiunt pro sententia sententia iusta, pro testimonio vero dicendo, pro restituendo deposito, commodato, invento, vel pro solvendo debito; vel pro abstinendo a furto, homicidio, & detractione &c. cum haec omnia sint debita ex iustitia.

Resp. 2. Accepta pro opere debito ex caritate tantum, vel aliis virtutibus, quod sine labore, sumptu aut periculo fieri potest, restitui debent. Ita Covarruv. Molin. Lessi. & alii. Quia communi hominum iudicio talia opera non sunt pretio estimabilia; nec omnino voluntarie ac liberaliter aliquid pro illis datur, sed coacte ob necessitatem.

Hinc qui accepit pecuniam, ut furem indicet &c. tenetur eam restituere.

Si autem opus illud ex sola caritate debitum fieri nequeat sine labore, vel sumptu, vel periculo, aliquid docent accepta pro eo retineri posse: quia qui pro illo accipit vel exigit pretium, peccavit solum contra caritatem, cum illud sit pretio estimabile. Alii vero nihil distinguunt, & censent, accepta pro quovis opere ex caritate vel alia virtute debito, restituenda esse: quia inique exigitur, & accipitur pretium pro opere, quod nullo oblato pretio praestari debet; & datus coacte, rationaliter invidus dedit, nempe timuit ne alioquin non fieret id quod debetur. Delugo docet, esse obligationem ex caritate restituenda accepta ob opus debitum ex caritate, quando caritas obligat ad subveniendum grati proximo: quia ea obligatione posita, acceptio pretii impedit ne possit fieri satis praeprope caritati, cum pretio accepto non subveniatur gratis proximo prout caritas praecipiebat; sed tunc non est restitutum nisi late dicta.

Resp.

Resp. 3. Si constet aliquid sponte ac liberaliter donatum praecise ad inclinandum accipientem ad bonum opus ex iustitia vel caritate debitum faciendum, hic non tenetur illud restituere. Quia donatio gratuita ac voluntaria est iustus titulus retinendi domum gratuitum; nisi tamen Lege positiva in habilitis fit ad acquirendum dominium rei dono datae, sicut est iudex circa manus saltem magni momenti sponte obtulam.

Resp. 4. Qui aliquid accepit pro actione vel omissione, quae solum cedit in suum commodum, vel in honorem Dei, non tenetur illud restituere. Quia illud ex causa vel sub conditione donatum est omnino voluntarie ac liberaliter: nemo enim emit ab alio actiones vel omissiones liberas et soluti utiles; ut si des alteri aliquid, ut Sacerdos audit, jeiunet, ne inebrietur, non obligando eum ad hoc opus &c. Qui tamen accepit aliquid ne admittat crimen, quod Legibus puniunt, cogitur in iudicio ad restituendum; & post sententiam tenetur restituere, cum fit iusta, & Legi conformis.

Quest. XVIII. Quid restitui debet ratione rei acceptae?

Resp. Qui tenetur restituere solum ratione rei acceptae, ex communi sententia tenetur solum restituere rem alienam si adhuc extet, vel id in quo ea factus est ditor, si non extet apud se, & ad fructus extantes, aut quatenus ex iis factus est ditor. Quia tantumdem & non plus habet ex re aliena, sive in equivalenti. Quare mensura restitutionis faciende ratione rei acceptae est quantitas possessionis rei alienae vel in se, vel in equivalenti possidet: Ita ut tantum restituatur, quantum rei alienae in se, vel in equivalenti possidet, l. 23. §. de petiti. heredi. Alienam autem in equivalenti quis possidet, cum rem alienam commutendo aut donando, rebus suis pepercit, vel alienando aliquid acquisivit.

Quest. XIX. Ad quid tenetur possessor bonae fidei?

Resp. 1. Qui rem alienam bona fide possidet, putans prudenter esse suam, ubi primum novit esse alienam, ex communi sententia tenetur eam restituere prima opportunitate, l. 23. §. de petiti. heredi. Quia dominus habet jus rem suam possidendi. Quod si non reddat ubi primum potest commode, incipit esse possessor male fidei, & tenetur ad restitutionem tum ratione rei acceptae, tum etiam ratione iniustae detentionis, quae est qualiterque iniusta acceptio: unde si interim res etiam casu percat, tenetur ejus pretium restituere, cum fuerit in mora culpabilis. Tenetur autem rem eandem domino restituere, nec licet ei pecuniam vel aliud pro illa sine ejus contenta dare: quia res illa in individuo est domini, nec sine iniuria potest dominus invitus cogi rem suam vendere, aut commutare, cum habeat jus illam possidendi, ac retinendi, & consistit ex l. 3. Regum c. 21. ubi de vinea Naboth.

Resp. 2. Ex communi sententia, si possessor bonae fidei contempnit, vel amittit, vel alienavit, nihil admittit, vel tenetur restituere, si non sit inde factus ditor, ex infra. offic. iud. & l. 33. §. de petiti. heredi. Nam cum solum tenetur ratione rei acceptae, & possidet, non tenetur plus restituere quam ex ea possidet, sive in se, sive in equivalenti. Sed tenetur restituere id in quo factus est ditor ex re aliena, cad. leg. cit. Quia id in quo factus est ditor, succedit in locum rei acceptae, quae tunc ex-

Anno 1707. Mor. Tom. II. P. I.

tar in equivalenti apud ipsum, & eatenus possidet rem alienam in equivalenti. Praeterea iniquum est, ut quis ex re aliena cum domini iustitia locupletetur: Locupletari non debet aliquis cum alterius iniuria. Reg. 38. jur. in 6.

Hinc non tenetur restituere, si res aliena durante bona fide perit causa vel etiam culpa: vel si eam donavit aut contempnit, aliam non donaturus: secus si alium ex suis erat donaturus, quia tantumdem ex suis bonis servavit, & sic ex re aliena plus habet in suo quam locupletaretur. Si autem rem alienam sibi donatam vendidit, tenetur ejus pretium domino ipsius rei restituere: nam habet pretium rei quod est equivalenter res ipsa, & sic factus est ditor ex re aliena.

Resp. 3. Ex communi sententia, possessor bonae fidei tenetur deducitis expensis & laboribus restituere domino fructus rei naturales, & mixtos qui apud illum extant, l. 22. cod. de rei vindic. Nam res fructificat domino suo, sive fructus, qui ex re aliqua nascuntur, pertinent ad eum, ad quem res ipsa pertinet; nam id totum, quod res est & potest, est domini, sicut res ipsa. Si illi fructus non extant, tenetur solum quatenus ex iis factus est ditor: nam res alterius extat tantum apud ipsam equivalenter quoad hoc, ex l. 2. cod. de petiti. heredi. Ibi: Fructus bonae fidei possessores reddere cogendi non sunt, nisi ex his locupletiores extiterint. Sed non tenetur restituere: 1. Fructus merae industriae, quia non sunt rei. 2. Fructus quoque negligentia sua non percepit, quamvis eos percepisset dominus rei: nam non tenetur dominum indemnem reddere, nec restituere in pristinum statum, cum eum ab eo non detrahit saltem culpabiliter; unde nec tenetur lucrum cessans aut damnus emergens compensare. 3. Iuxta multos non tenetur restituere fructus naturales & mixtos, quos bona fide, & cum titulo colorato possidet pro triennio, etiam si inde factus sit ditor: quia res mobiles praescribuntur triennali possessione cum titulo colorato. Inj. de usufructu.

Hinc possessor bonae fidei tenetur tantum restituere rem alienam, & ejus fructus, vel id in quo factus est ditor ex re aut fructibus ejus naturalibus vel mixtis.

Quest. XX. An ex cui restituenda sunt bona vacantia, & derelicta?

Resp. 1. Bona vacantia, id est, bona quae reliqua aliquid ab intestato decedens sine haeredibus, qui secundum Legem eis ab intestato succedant, restitui debent sicut: quia ad filium pertinent, l. 9. cod. de bon. vac. Bona autem mobilia vacantia peregrinorum in pius usus per Episcopum impendi debent, Auth. Omnes peregrini, cod. de success.

Resp. 2. Bona derelicta, quae nullum unquam habuerunt dominum, iure naturae & gentium sunt inventoria. Nam cum nullus sint, suam primo occupantem, nisi aliter Leges speciales statuant, ex infra. de rer. divisi. & lib. 1. §. Pro derelictis. Bona autem derelicta sunt ea, quae dominus eo animo abiicit, ut iam esse sua nolit. Inj. Hinc bona naufragorum, vel bona quae pro incendio ejiciuntur, aut in tempestate prostrantur levanda navis causa, aut alluvione aquarum abscipiuntur, non sunt habenda pro derelictis, quia dominus semper detinet voluntatem illa habendi ut sua: unde & restitui debent etiam si periculo eriperis, alias peritura, ex infra.

T